Eam deinde, tum obſervantia electionum ADOLPHI *Naſſovici*, anno 1292. die 1. maji, ALBERTI I. *Auſtriaci*, anno 1298. die 23. Junii, HENRICI VII. *Lutzelburgici*, anno 1308. die 27. Novembris, FRIDERICI IIII. *Auſtriaci*, anno 1314. die 19. Octobris, & LVDOVICI IV. *Bavari*, die 20. ejusdem menſis & anni, CAROLI IV. *Bohemi*, anno 1346. die 10. Julii, & 1349. die 14. Junii, GÜNTHERI *Schwarzburgici*, anno 1349. die 30. Januarii, (quos inter nullus REX ROMANORVM hodierno ſenſu fuit) *tacite*, tum, poſt auctoritatem INNOCENTII III. P. R. *i*) conſtitutiones RVDOLPI I. electorales, Bohe-

i) In Epiſtola hujus Pontificis decretali, potiſſimam partem in capitulo venerabilem &c. XXXIV. X. de electione & electi poteſtate, tota vero in STEPHANI BALVZII regiſtro negotiorum Imperii, *num.* 62. *pag* 715. legenda, BERTOLDO V. diviti, ultimo Zaringiæ ab anno 1186. usque ad annum 1218. in quo vel 14. februarii vel 1. maii die obiit, Friburgi Brisgoviæ ſepultus, duci, Rectori Burgundiæ, Bernæ conditori, anno 1208. quam certiſſime & nihilo minus inſcripta, licet decretalium codices & editiones nomen ejus, ut ſolent, diverſimode exprimant. Plures enim alias BALVZIVS ſervavit epiſtolas ab INNOCENTIO III. ad hunc, & ab hoc ad illum, de controverſo PHILIPPI *Suevi*, cui hic BERTHOLDVS conſtans adhæſit & OTTONIS IV. imperio, inter annos 1198. & 1208. ſcriptas. A Guelphica namque factione, cui Zaringenſes ſemper favebant, anno 1198. Imperator quidem deſtinatus fuit, at vocationi ſuæ metu æmuli ſui, ejusque potentiæ, vel potius avaritia, cujus eum omnes accuſant, & quæ tanta fuit, ut duos ſororis filios, Comites Uracenſes, Coloniæ Agrippinæ in cuſtodia, prædes principibus eum electuris, reliquerit, renunciavit atque in OTTONIS III. adeoque Gibellinæ partes tranſivit. BERTOLDVS hic V. BERTOLDI IV. filius, ſicque frater ANNAE, RVDOLPHI I. Habſpurgici Imp. eodem, quo is deceſſit, anno 1218. nati, Kyburgenſis aviæ fuit. Quam hiſtoriam, intelligendo dicto capitulo abſolute neceſſariam, noviſſime & pleniſſime dedit illuſtris, mihique, ubi etiam

dif-

hemicæ, Bavaro-Palatina & Saxonica, tum *proteſtatio* illorum in electione HENRICI VII. tum prima *unio* ſive confœderatio electoralis Renſeenſis de die 15. Julii anni 1338. tum *decretum* comitiorum Francofordienſium ejusdem anni (28. Auguſti) & tenoris, tum *aurea* KAROLI IIII. *bulla* anni 1356. 10. Jan. & 24. Dec. tum particulares ejusdem aureæ bullæ electorales, veluti *Saxonica* *k*) Metenſis de anno 1356. tum capitulationes denique (1519 — 1745.) *expreſſe* & *legaliter* confirmarunt, nunquam abhinc in dubium vocatam, vel a quopiam alio, niſi *Hippolitho* *l*) forſan *a lapide* malevolisque ejus aſſeclis uſurpa-

 tam,

diſſenſit, aliudque docuit humaniſſimus & faventiſſimus IO. DAN. SCHOEPFLIN in hiſtoriæ Zaringo Badenſis, (operis, ætatem ex merito laturi) *Tomo* I. *Carolsruhæ* hoc demum anno edito L. II. *Cap.* VI. §. 3. *ſq.* *pag.* 152. *ſq.*

k) In quam CAROLI IV. bullam auream Saxonicam *Rudolpho* II. Electori Metis anno 1357. 6. Kal. Januar. datam, ſingulari *Diſſ. Lipſiæ* anno 1728. commentatus eſt MICH. HE. GRIBNER, qui jam tum §. 1. difficultatem illam chronologicam ſenſit, quam haud ita pridem feliciſſime detexit atque inter æram *civilem*, Julianam & *eccleſiaſticam*, præſertim Metenſem, Trevirenſem, Anglicanam, diſtinguendo reſolvit HERM. BERN. PATRICK, doctiſſimus regiminis Bipontini conſiliarius, in der diplomatiſch-chronologiſchen Erläuterung über einen in der goldenen Bulle Kayſers Caroli IV. vom Jahr 1356. und anderen alten Documenten auch Geſchichtſchreibern vorkommenden von der zerſchiedenen Zeitrechnung herrührenden Calender-Zweifel, 4. 1757. Conf. quæ idem hic VIR longe Cel. tum diu antea in der Pfalz-Birkenfeldiſchen Deduction die zweybrückiſche Succeſſion betreffend, P. I. *Cap.* 3. §. 24. Beyl. Hh, & P. III. *Cap.* 3. §. 2. tum noviſſime in ſcripto, cui titulus: *Clef* chronologique & diplomatique, ou Obſervations ſur la difference des epoques anciennes, eccleſiaſtique, civile, Gallicane & de Lorraine &c. regiæ ſcientiarum artium. que ſocietati *Metenſi* dicato, 4. 1762. hanc in rem ſcripſit.

l) De quo noviſſime egit Cel. HENR. GOTTLIEB FRANCKE in *Diſſ.* de fatis politicæ imperialis, *Lipſiæ* anno 1762. edita, §. 6. 7. 8. 9. *pag.* 9—19.

tam, verum etiam, quoad ipſum *Regem Romanorum* (§. II.) quiete relictam.

§. VIII.

Erant tum (anno 1356. §. VII.) principes electores, inſimulque archi-officiales Regni palatini, *tres* principes eccleſiaſtici, quorum numerus & ordo huc usque invariatus manſit, archi-Epiſcopi & archi-Cancellarii ſacri Imperii Romani per *Germaniam*, *Galliam* Belgicam & *Arelatenſe* regnum, nec non per *Italiam*, *Moguntinus* nempe, *Trevirenſis*, *Colonienſis* (qui ipſius quoque ſedis Romanæ archi-Cancellarius eſt) *quatuor* principes ſæculares, archi-Pincerna Rex *Bohemiæ*, archi-Dapifer Comes *Palatinus* Rheni, archi-Marechallus Dux *Saxoniæ* Vitembergenſis & Marchio *Brandenburgenſis* archi-Camerarius.

§. VIIII.

Interea temporis (1356-§. VII.-1708.) autem dignitas electoralis, quam CAROLVS IIII. univerſis & ſingulis principatibus illis (§. VII.) individuis poſtea, nec ideo niſi *primogenituræ* jure transmittendis, tanquam glebæ *m*) adſcripſit, & archi-

9. — 18. quem tamen & continuatio der unpartheyiſchen Gedanken über die Anmerkungen des teutſchen Hippolithus a Lapide, Cölln 1763. bey Peter Marteau (bis zu des III. Theils II. Hauptſtück, deren 6. ſind) & collectionis der Schriften zur Erläuterung über den Hippolithus a Lapide, nebſt dem Götterrath über Teutſchlands betrübten, elenden und gefährlichen Zuſtand, Iſter Theil, Regenſpurg 8. 1763. latuit.

m) An & *duo* illi *noviores* electoratus, *reales*? Hannoverano *nono*, primi adquirentis deſcendentibus conceſſo, & *octavo* Palatino, Guilhelmiana linea, quod Deus avertat, deficiente prorſus expungendo. Inſtrum. Pacis Weſtphal. Osnabr. *Art.* IV. §. 9. Cum vero in caſum deficientis lineæ Rudolphinæ,

chiofficium marechalli (§. VIII.) in gente Saxo-Vitembergenſium Miſnica, anno 1547. die 18. maii & 1548. die 24. febr. a linea *Erneſtina*, ſeniore, ad lineam *Albertinam*, juniorem, iſta ab utroque penitus excluſa; in domo Wittelsbacenſi vero officium electorale & dapiferatus anno 1623. die 3. & 25. februarii, 1628. die 22. februarii & 1648. a linea Palatina *Rudolphina*, ſeniore, ad lineam Bavaricam, *Guilhelmianam*, juniorem, iſti tamen *octavo* per pacem Weſtphalicam in collegio electorali iterum adſignato loco, renovatoque poſtea die 5. Auguſti 1652. ſive potius a Camerarii munere diſtincto archi Theſaurarii officio; verum etiam *nonus* plane LEOPOLDO & IOSEPHO AA. 1689. 1690. 1692. 1708. d. 7. Septembris in gratiam *Hannoveranæ* & junioris lineæ domus Brunsvico-Luneburgicæ conſtitutus, nec non ſuffragium inſimul anno 1708. electorale *Bohemicum*, citra electiones (§. VI.) diu interruiſſum, plene reſtauratum fuit.

§. X.

Ut proinde illud Statuum & ſingulatim Principum Imperii collegium, cujus hodie collegialiter congregati, ſolius eſt Imperatorem & Regem Romanorum, (§. VII.) vacante ſolio, vel in caſum hujus vacationis, omnium quidem con-ſtatuum ſuorum *nomine*, at ſuo tamen proprio *jure* eligere, *novem* nunc membris, totidemque regulariter ſuffragiis, *electivis* æque ac *collegialibus*, virilibus ſemper, gaudeat.

phinæ, ante Guilhelmianam, expunctio octavi illius electoratus nullibi diſerte conſtituta ſit, & propter nonum interea introductum electoratum, cauſſa tamen non amplius ad ſeptenarium numerum reduci queat, de futura illius diſpoſitionis adplicabilitate, vel perpetuitate ejus dubitare cœpit FRANC. IGN. WEDEKIND in *Diſp.* de Electoribus in genere, anno 1744. *Heydelbergæ* edita, §. 30. 33. 34. & 36. *pag.* 16. 17. 18.

§. XI.

Niſi quod, cum nonus idemque evangelicus, electoratus, die 30. Junii anno 1708. conſtitueretur (§. IX.) reſtauratione ſuffragii Bohemici, ex ſanctione Auſtriacorum pragmatica in poſterum ſemper catholici, nondum ſufficiente, ſimul quoque in caſum, quo ſtante illo, in electoratu Palatino evangelicus princeps ſuccederet, Catholicis, in omnibus collegii electoralis conventibus, *votum ſupernumerarium* decretum fuerit, vel a primo loco ſedente Catholico (prout imperium die 30. junii ſtatuit) vel prout Catholici (ſunt verba Imperatoris de d. 6. ſeptembris) electores inter ſe porro convenerint, ferendum.

§. XII.

Directorem ejus (non primatem, nec decanum, vel præſidem) electum modo archi-Epiſcopum Moguntinum, tanquam Archicancellarium, minime vero capitulum, potius Trevirenſem vel Saxonem, omnes & ſingulos reliquos electores, collegas ſuos, eccleſiaſticos & ſæculares, per legatos ſuos, (denunciations-Geſandte) præſcripta litterarum patentium teſtato inſinuandarum forma, ad novam electionem ita convocare juſſit CAROLVS IV. ut vel ipſi veniant, quod hodie non amplius, niſi eccleſiaſticorum unus alterve, ſolent, vel nuncios ſuos, plena & omnimoda poteſtate, nec tamen hodie amplius libera ſubſtituendi facultate, ſive membranaceis & majori cujuslibet ſigillo ſignatis litteris patentibus, ad eligendum Romanorum Regem, in Cæſarem mox promovendum, mittant, primi tunc ordinis legatos omnes.

§. XIII.

Eſt vero hæc citatio (intimatio) non arctatoria, ſed monitoria ſaltem, ita nempe, ut nihilo minus eligi queat & debeat,

beat, licet quidam id non veniendo, vel iterum diſcedendo impedire velint, omnibus, etiam non vocatis, lege ſcilicet pro homine interpellante, motu proprio, pro fidei ſuæ virtute, que ſacrum proſequi tenentur imperium, venire & manere, negotium electionis in ſtatu quo aſſumere, vel voce ſua in electione illa carere, obligatis.

§. XIIII.

Temporis, intra quod Moguntinus reliquos electores (§. XII.) ad novam electionem convocare debet, *legale*, eſt menſis, ſive *menſtruum*, ratione initii *utile*, currit enim Moguntino demum a die notitiæ *obitus n*) Imperatoris legalis, ratione curſus vero *continuum*; illud vero, *ad* quod hæc convocatio facienda, proximum eſt a die in litteris illis (§. XII.) expreſſa, ſive ipſius denunciationis, *trimeſtre*, a majore tamen collegii electoralis parte, tum, quod tamen nondum factum, *coangustabile*, tum, citra hodiernam pœnæ poſt triceſimum diem, a die præſtiti juramenti continuo numerandum, non niſi panem & aquam manducandi, legalis adplicabilitatem, facile *prorogabile*.

§. XV.

Locus, in quo, ante CONRADI III. filium HENRICVM, annumque adeo 1147. *nulli*, inde ab hoc & FRIDERICO I. *Barbaroſſa* (anno 1152. 5. die Martii) usque ad RVDOLPHVM Habspurgicum (§. IV.) & annum 1273. *pauci*, ab hoc autem ad

n) Conf. GEORGII ADOLPHI CAROCII *Diſſ.* de his, quæ a morte Cæſaris moris jurisque publici ſunt, *Gryphiswaldiæ* anno 1705. occaſione mortis LEOPOLDI M. A. C. edita & inprimis *obſervationes*, quas occaſione fatalis obitus CAROLI VI. gl. m. de Imperatore mortuo, ex annalibus & legibus *Altorfii* anno 1741. conquiſivit B. IOANNES HEVMANN.

ad CAROLVM IV. (anno 1349. d. 14. Junii ibidem iterum electum §. VII.) usque *omnes* electi fuerunt, & inde ab hoc omnes eligi debuerunt, *o*) & hodienum lege & obſervanta debent, civitas imperialis *Frankenford ſuper Moganum*, eſt, primi Regis Germaniæ (§. I.) (843 — 876.) ſedes, Franciæ orientalis metropolis ſæcularis, 1) *Palatio* regio, 2) antiquiſſima *domo* S. Bartholomæi apoſtoli (cujus nempe cranium inde ab anno 1238. ibi aſſervatur) a LVDOVICO *Germanico*, (§. I.) ſi non majoribus ejus, fundata, 3) *curiaque*, a priſtino poſſeſſore ſuo der Römer dicta, ſatis illuſtri. Magiſtratus ejus a Moguntino monetur, atque deinde cum *archi-* & *ſub-* Marechallo, hujusque *metatore* imperiali, in curanda univerſa *politia*, cujus *ordinatio* illius nomine ſolemniter promulgatur, ſecundum transactionem de die 5. novembris 1614. per deputatos concurrit.

§. XVI.

Electoribus, eorumve legatis, hominibus & rebus, ad electionem, vel ab iſta proficiſcentibus, hodienum ab omnibus dominis territorialibus, horumque ſubditis, omnis ſecuritas & commoditas itineris, victualium, & hodie etiam vecturarum, citra omnes inſidias & hoſtilitates præſtanda, vel gravis etiamnum pœna metuenda eſt, licet hodie, ſtabilita tum *pacis publicæ*, tum *poſtarum* quoque ſanctitate, nec illis præſcripta nimis anfractuoſa via præciſe incedendum, nec priſtinus, vel ſcriptus & juratus, vel vivus & armatus, *conductus* requi-

o) FERDINANDVS enim I. *Coloniæ*, anno 1531. 5. Januarii die, RVDOLPHVS II. *Ratisbonæ*, anno 1575. die 27. Octobris, FERDINANDVS III. *ibidem* die 12. Decembris 1636. FERDINANDVS IIII. *Auguſtæ Vindelicorum*, anno 1653. die 23. Maii, & IOSEPHVS denique *ibidem* die 14. Januarii 1690. Rex Romanorum electus fuit.

quirendus, *p*) vel ab hiſce, ſub iisdem amplius pœnis, præſtandus ſit.

§. XVII.

Eidem quidem huic *manuario* (§. VI.) *juri*, quod 1) *conductum* illum *carolinum* (§. XVI.) adeo neceſſarium quondam & utilem fecit, ſuas quoque origines circa hanc electionem debent, totidem hodiernæ illius *reliquiæ q*) & clara ſane veſtigia; 2) *æqualitas* omnium eligentium *comitatus*, ducentorum ſaltem equitaturorum, interque hos quinquaquinta modo armatorum, a Magiſtratu Francofordienſi hodie litteris expeti ſolita, 3) *juramenti ſecuritatis* a Magiſtratu & Syndicis, civibus (palliatis, inermibus) & militibus Francofordienſibus, tum propriis, tum circularibus, collegio electorali ad ſancta præſtandi ſolemnitas, 4) excluſio omnium *extraneorum* (non civium) cujuscunque dignitatis, conditionis vel ſtatus, præſertim perſonarum publicarum, ipſorummet adeo principum, licet ædes *r*) ibi habentium, exterorumque *s*) legatorum, quid quod ipſorum

C

p) Non obſtante §. 1. & 16. Tit. I. A. Bullæ.

q) Elegans eſt & docta *Cel.* IO. HE. CHRISTIANI *de* SELCHOW *Diſſ.* quam de reliquiis juris manuarii in jure publico & privato Germanico *Gœttingæ* anno 1760. edidit, § 9. *pag.* 29. *ſq.* ubi quidem multa electionis cæſareæ capita, illuſtrem GE. LVD. BOEHMERVM juri canonico vindicaſſe concedit, at tamen & *conductum* & *peregrinorum expulſionem* ſuis juris manuarii in illa reliquiis recte adſcribit.

r) Diſſentit IO. P. *de* LVDEWIG ad A. B. *Tomo* I *pag.* 256.

s) Quorum jura publica, non Germaniæ modo, ſed & totius plane Europæ, ſive gentium pleniſſime expoſuerunt IO. GOTTL. TREVER in *Commentatione* de jure Statuum Imperii circa Legatos exteros in comitiis, *Helmeſt.* 1728. illuſtris atque meritiſſimus CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER in *obſervatione* de legationibus Regum & Principum exterorum

ad

rum plane conventuum, circularis & imperialis, e loco electionis, de jure plane non intromittendorum, per omne illud tempus, quo ſuper *ipſa* electione (non capitulatione & præparatoriis) tractari & agi contigerit, 5) *occluſio* portarum civitatis, *clavesque* Moguntino tradendi atque a ſubmarechallo in conclavi deponendi neceſſitas, 6) *pulſatio campanæ* die Sturmglocke dictæ in ipſo electionis mane, 7) quod *cives* & *milites* latera platearum occupare & tueri ſoleant, 8) quod electores, cum tota ſua familia, altari juramenti adſiſtere debeant *inermes*, *t*) 9) obſeratio & cuſtodia *conclavis* & *templi* electionis per ſubmarechallum & ianitorem S. R. I. tandemque 10) quæ primo forſan loco nominari debuiſſet, generalis cura *ſecuritatis* & tranquillitatis urbis Francofordienſis ab ipſis quoque *Vicariis* & *Circulis* per totum electionis tempus geri ſolita, dudum licet ſublato

ad Comitia electionis Regis ac Imperatoris Romanorum & Germaniæ, ad Aureæ Bullæ Tit. I. §. 25. quæ inter obſervationes Ejus juris publici, feudalis, Germanici & antiquitatum patriarum, *Jenæ* anno 1751. 8. jun. etim editas, prima eſt, *pag.* 1 — 52. & potiſſimum FRIDERICVS CAROLVS *de* MOSER in P. VIII. deter kleinen Schriften zur Erläuterung des Staats- und Völkerrechts ꝛc. 8. 1759. *num.* II. Abhandlung inſcripto von Ausſchaffung der Geſandten und was derſelben anhängig/ nach den Grundſätzen des Europäiſchen Völker- und teutſchen Staatsrechts, §. 1 — 111. *pag.* 81 — 516. & P. VIII. *num.* I. § 112 — 156. *pag.* 1 — 128. Add. ſcriptum anonymum *Moguntiæ* 4 editum, de eo, quod juris & facti eſt circa *extraneos* ab urbe, in qua fit electio Germanorum Regis, arcendos, nec non I. Theil derer Moſeriſchen Zuſätze zu dem Staats-Recht, *pag.* 327 — 356. & P. II. *pag.* 34 *ſq.*

t) Sed vid. omnino SIGFR. COESO *ab* AEMINGA *Diſſertationes* de jure circa gladii depoſitionem *Cap.* III. *Gryphiswaldiæ* anno 1754. editum, §. 19. *pag.* 49. 50 qui gladios deponi negat, licet id pariter quoque affirmaverit B. PERTSCHIVS in annotat. ad Comp. Schmauſſianum, *pag.* 97.

lato illo, in hunc usque diem eatenus adhuc obſervari ſolita, quatenus hæc omnia, tum aularum electoralium ſplendor permittit, tum electorum, qui ſoli in hiſce diſponere & diſpenſare poſſunt, *arbitrium* exigit, priſtina tamen pœnarum ſeveritate non amplius neceſſaria.

§. XVIII.

Præparata capitulatione, determinato ceremoniali, dieque ipſius electionis ſolemnitati a collegio jam ante præfixo illucente, electores præſentes, pileis togisque ſuis, rubris & pellitis, amicti, præeuntibus & gladios in vagina erectos gerentibus marechallis eorum hereditariis & aulicis, primique abſentium legati (in ceremonial- Mantel- Kleidern) dum omnes campanæ pulſantur, e curia in templum equis ſolemniter vehuntur, hicque a toto clero partim etiam aqua luſtrali excipiuntur, ubi deinde miſſa de Sancto Spiritu, per antiphonam veni ſancte Spiritus & hymnum veni creator Spiritus, in omnium ipſorum præſentia, niſi quod evangelici mox poſt evangelium, inde a verbis præfationis„ per omnia ſæcula ſæculorum "usque ad ſumtionem ſecedere ſoleant, celebratur atque a ſingulis electuris juramentum (§. XVII. 8.) de eligendo absque omni pacto, ſtipendio, pretio vel promiſſo, *idoneo*, ſecundum formulam præſcriptam, hodie tamen in vernacula, coram evangelio beati Joannis, In principio erat verbum, quod illic ante ipſos altari imponitur, & quod ſeculares corporaliter manibus ſuis tangant, eccleſiaſticis priores dextræ digitos pectori cum reverentia ſuperponentibus, coram duobus notariis, ab ipſo præeunte Moguntino, quem Trevirenſis rogat, requirendis, ſub formula als mir GOtt helfe und ſein H. Evangelium præſtatur. Dein poſt repetitionem dictæ antiphonæ, variasque preces collectas, in capellam templi meridionalem, ceu conclave,

linealiter tranſeunt, ubi omnes primo electores, tum abſentium legati, circa altare, libro evangelii & candelis accenſis inſtructum, a cornu epiſtolæ, latera & ſedes ſuas occupant, Moguntino cauſam & gravitatem conventus proponente, ex omnibus, num quid electiønem impediat, percontante, *omnes* ad obſervandam pluralitatem ſuffragiorum, & *ſeculares*, ſi unus illorum eligeretur, ad obſervandam capitulationem coram duobus notariis, reliquis legatis & teſtibus, ſtipulata manu adſtringente, tandemque ut, ſolis relictis eligentibus, capellæ oſtium rite claudatur, (§. XVII. 9.) curante.

§. XIX.

Quis nam eligendus ſit, arbitrio Electorum, præ- & abſentium, penitus relictum, nec lege quidquam aliud, niſi *juſtum*, *bonum* & *utilem*, hoc eſt, *idoneum* (§. XVIII.) eligere conſtitutum eſt, cujuscunque is deinceps ætatis, formæ, *u*) dignitatis, potentiæ & (in Germania ſcilicet toleratæ) religionis (§. XI.) modo non plane extraneus, *v*) femina

u) Non poſſum non quin huc adducam referamque corporis integri, robuſti & proceri privilegium, quod ex jure Romani Imperii publico & Saxonico *Vitembergæ* anno 1730. ſingulari diſputatione, anno 1746. recuſa, docte non minus, quam eleganter expoſuit CHRISTOPHORVS LVDOVICVS CRELIL, §. X. *pag.* 26. 27. *ſq.* diſcrimen inter *utilem* & *idoneum* & §. XIX. *pag.* 45. *ſq.* ſpeculorum atque aureæ bullæ tit. 2. §. 13. & tit. 25. § 3. 4 hanc in rem diſpoſitiones luculenter explicans. Conf. HENR. BORDEWISCHII *Diſſ.* de ſuffragio pulchritudinis in electione Principum, *Vitemb.* 1722. 4.

v) Poſt BERINGERVM, NERGERVM, SPENERVM, DIETERICHIVM, & inprimis HAEBERLINVM, IO. AVG. HOFFMANNVM in Diſp. ſub præſidio *Eugaviano* defenſa *Jenæ* 1746. de jure indigenarum Germaniæ, §. 10. & BVRC. GOTTHELF STRVVIVM in Jurisprud. Heroica P. VII. *Cap.* V. de illis, qui a ſucceſſione perſonarum illu-

na, eccleſiaſticus *w*) (§. XVIII.) & linguarum ignarus ſit.

§. XX.

Modus eligendi eſt & ſemper fuit *ſcrutinium*, nunquam compromiſſum.

§. XXI.

Vota tamen ſunt aperta, & palam, viva voce, licet forſan ex ſcripto, ſive antea in chartam conjecta, ſeorſim & ſigilla- proferuntur, *nec* conditionata, *nec* alternativa, *nec* ſubſtitutiva.

§. XXII.

Primum votum, in electione Imperatoris & Regis Romanorum ſemper competit Trevirenſi.

§. XXIII.

In reliqua Moguntinus, tanquam *director* (§. XII.) & *ſcrutator* (§. XX.) eo ordine inquirit, ac ſi electores omnes ipſi

illuſtrium excludi poſſunt, §. *ult.* 31. *pag.* 511 — 516. itemque *de* IVSTI in *num.* VI. P. I. derer hiſtoriſch und juriſtiſchen Schriften *pap.* 247. ubi, Unterſuchung der Frage: Ob ein zu erwehlender Römiſcher Kayſer nothwendig ein Teutſcher und ein Reichsſtand ſeyn müſſe — 264. 10. DAN. REISSEISEN noviſſimus eſt, qui de electione Imperatoris extranei ſcripſit, eamque nec legibus, nec obſervantiæ contrariam putavit. *Argent.* 1761.

w) Semper mihi perplacuit *Diſſ.* qua quæſtionem an Imperatorem Rom. Germ. e principum eccleſiaſticorum numero eligi quid impediat, expendit & in adfirmativam decidit uterque PHIL. FRID. HANE, pater & filius, *Kiliæ*, 1753.

præſentes eſſent, etiamſi illi a Pontifice Romano bullam confirmationis & ad regimen nondum redemerint, nec ab Imperatore jam inveſtiti fuerint, modo non proſcripti, *x*) regalibusve ſuis privati, vel captivi ſint, vel alias legitime ſuſpenſi.

§. XXIIII.

Fœminæ quidem & tutores minorum 18. annis, at non capitula, ſede vacante, vel impedita, ad ſuffragandum admittuntur, ſed ut electionem novi archi-Epiſcopi maturent, tunc monentur.

§. XXV.

Plane *abſentium* nulla alia habetur ratio, quam quod ſuo quique loco & ordine nominentur, quandoque tamen etiam contra abſentiam Moguntinus coram notariis proteſtetur. Solent tamen poſtea adhuc *accedere*.

§. XXVI.

Licet ſæcularibus, electoribus etiam citra caſum æqualium ſuffragiorum, ſibimetipſis eum effectu ſuffragari.

§. XXVII.

Poſſet etiam unus idemque, ſi duos electoratus ſimul poſſideret, duo ſuffragia electoralia & electiva æque ſimul ferre, ac id quidem, tum pater & filius, tum & duo fratres, ſine omni dubio ſimul poſſunt.

§. XXVIII.

In electione Imperatoris & Regis Romanorum valent *majora* (§. XVIII.) nec requiruntur vel *unanimia*, vel *ſaniora*, quippe quæ majora ſemper eſſe præſumuntur.

XXVIII.

x) Banniti licet & excommunicati. Arg. *Cap.* 2. §. cæt. 4. de Electione & electi poteſtate in *Clementinis*.

§. XXVIIII.

Nec præciſe requiritur pluralitas ſuffragiorum, intuitu totius collegii, *abſoluta*, velut hodie 5. ſed ſufficit quoque pluralitas ſuffragiorum, quæ talis eſt, tum 1. reſpectu præſentium, non connumeratis plene abſentibus, (§. XXV.) tum 2. reſpectu plurium, qui forſan in cenſum veniunt candidatorum, *reſpectiva*, quorum primus e.gr. quatuor, ſecundus tria & tertius duo haberet vota.

§. XXX.

Vltimo loco Moguntinus, a Saxone, omnium ſuorum conſortium nomine rogatur, concluſum format, hocque mox in communi publicat, & num quis mandato electionem & capitulationem acceptandi inſtructus ſit, perquirit, huncque audit.

§. XXXI.

Reſerato poſt congratulationes conclavi, Moguntinus notariis & teſtibus *y*) hunc vel illum, annuentibus denuo electoribus reliquis, rite & legitime electum eſſe ſignificat, inſtrumenta eorum requirit ac deinde etiam extra conclave in templo electionem plerumque per decanum ſuum promulgat, electumque, ſi ipſe jam præſens foret, in altare elevatum populo oſtendit, mox ſolemne illud VIVAT adclamanti.

§. XXXII.

Electus electionem, abſenti litteris, nunciis & ſolemni electionis decreto, membranaceo ſcilicet libello, majoribus electo-

y) Duo priores ſingulorum Electorum conſiliarii delecti in *chorum* & *conclave* in hoc, qua teſtes, donum accipiunt a neo electo 400. thalerorum pro hoc ſuo teſtimonio. Vid. *Diarium* elect. CAROLI VI. *pag.* 10 — 20. & *Inſtitut.* juris principum privati *pag.* 594.

electorum ſigillis conſpicuo, quem ei Principum aliquis porrigere ſolet, ſignificatam, pure acceptare, inſimulque, etiamſi adhuc *minor*, capitulationem, tum per legatos ſpeciali mandato inſtructos (§. XXX.) coram notario & teſtibus, tum in propria perſona, vel adhuc in conclavi (§. XXX. XXXI.) vel poſt adventum & ſolemnem introitum ſuum, in templo tamen, immo litteris quoque reverſalibus, a Rege Romanorum, Imperatore facto repetendis, ſpondere debet.

§. XXXIII.

Præter quam, & *litteras*, & *atteſtationes*, & *interceſſiones*, & orales quoque *commendationes* Electorum, præſertim *collegiales*, adtendere rogatur.

§. XXXIIII.

Ipſemet electus, ſuam & Regis Romanorum, electionem & acceptationem *comitiis* Regni univerſalibus mox ſignificat.

§. XXXV.

Electus porro Pontificem Romanum, per legatum, *obedientiæ* dictum, de electione ſua certiorem facit, eique per illum, ut & in coronatione, omnem filialem reverentiam & obſervantiam jurat, qui quidem legatum ad electores mittere, electum dein agnoſcere, variisque bullis & licet minus neceſſariis indultibus ornare, at nulla amplius, quæ olim poſtulaverat, jura, inquirendi, excludendi & confirmandi, exercere ſolet.

§. XXXVI.

1) Electio *Imperatoris* Romanorum fit vacante ſolio; *Regis* autem Romanorum electio illo adhuc pleno. Hinc illa 2) dicitur ordinaria; hæc vero extraordinaria. Illa 3) interregnum ſupponit; hæc impedit. Illa 4) ſemper neceſſaria; hæc utilis

utilis quidem, at non præciſe neceſſaria eſt. Illa 5) ſola quæſtione quis eligendus ſit? abſolvitur; hæc vero etiam quæſtionem, an talis Rex Romanorum eligendus ſit? prærequirit. 6) Circa *illam* quæſtionem reliqui, præter Electores, Principes & Status, nihil poſſunt. Ad *hujus* vero præliminarem ſaltem deciſionem hi coadmitti volunt. Circa illam 7) Imperator nihil prorſus; circa hanc vero permultum juris & arbitrii z) habet. 8) De hac; non vero de illa ex communi Statuum conſenſu in proximis comitiis agi & ſtatui præcipit pax Weſtphalica. 9) Ordinariam illam aurea bulla definit; extraordinariam hanc penitus ſilet. Illa habet 10) terminum & 11) locum legalem; hæc non. 12) Ad illam omnes electores proprio motu, etiam non vocati (§. XIII.) convenire tenentur; ad hanc non item. 13) Unius alteriusve non vocati abſentia non illam *aa*) quidem; at hanc tamen reddit nullam. 14) Illa tribuit præſens & actuale, hæc vero futurum demum & quieſcens interea imperium. Rel. rel.

§. XXXVII.

Sola quidem electio electo *majeſtatem*, omnemque imperii vim tribuit, ipſum tamen regimen prius auſpicari hodie non amplius permittit capitulatio, quam hanc ipſe præſens apud electores corporali juramento firmavit (§. XXXII.) electus, vicariis, *litteras* vicàriatus ſui refigi, ſigillum camerale per Mogun-

D

z) De quo alibi forſan ex inſtituto. Non enim niſi de jure Imperatoris, Vicariorum Imperii, Electorum, & reliquorum Statuum Imperii, circa quæſtionem AN? in electione Regis Romanorum, ſed de hoc ſuo more, id eſt, docte & luculenter egit *ill.* DAN. NETTELBLADT Halæ 1744. cui pariter quoque litterariam doctrinæ de Rege Romanorum hiſtoriam debemus in denen Halliſchen Beyträgen zu der Juriſtiſchen gelehrten Hiſtorie 8. 1754. P. 1. *num.* 1. continuatione & ſupplementis, varii generis, longe digniſſimam.

aa) Non liquebat hoc B. AVGVSTINO *de* LEYSER in *ſpecimine* meditationum ad Pandectas 674. *med.* 32. *Vol.* VI. *pag.* 1217.

guntinum retradi & acta geſtaque ſua mox, intra ſemeſtre, ab Imperatore *aa*) ut promiſit, confirmari, *bb*) curantibus.

§. XXXVIII.

Nec ante coronationem ſeſe Imperatorem, ne quidem electum, vocare, aureave bulla, duplicique aquila uti ſolet, electi *Regis Romanorum* titulo, ab electione usque ad diem coronationis contentus, propediem idcirco ſuſcipiendæ.

§. XXXVIIII.

Hodie tamen non amplius Aquisgrani, in antiquiſſimo Francorum ſolo, in archiſolio regni, in urbe, palatio, baſilica regali, prima Regum curia, ſede regni principali, altera Roma, diœceſeos Colonienſis, ſed inde a FERDINANDO I. & anno 1531. die 11. Januarii, datis ſemper Aquisgranenſi civitati litteris de non præjudicando reverſalibus, in eodem, *cc*) quo electio fuerat, loco, citra novi itineris impenſas & moleſtias, inſtitui ſolet illa.

§. XL.

aa) Argumento ipſius AVREAE BVLLAE, *cap.* II. §. 5.

bb) Mirum, hanc confirmationis Cæſareæ ſpeciem præteriiſſe IO. FRANCISCVM KVNCKELL, qui *Marburgi* anno 1761. varia de confirmatione ex jure civili, eccleſiaſtico, criminali, militari, Germaniço, feudali & *publico* ſelegit capita, ſed remiſit ille §. 68. *pag.* 37. lectores ſuos adpræſtantiſſimam B. GABRIELIS SCHWEDERI *Diſſ.* de confirmatione jurium ac privilegiorum ab auguſtiſſimo Imperatore Statibus ejusque membris Imperii facienda, *Tub.* 1719. in *Vol.* II. Diſpp. acad. *num.* XIX. *pag.* 448 — 489.

cc) Niſi quod FERDINANDVS IIII. non *Auguſtæ Vindelicorum*, ubi d 21. Maji electus fuerat, ſed *Ratisbonæ* die 8. Junii anno 1653. a Moguntino coronatus fuerit.

§. XL.

Eſt coronatio non niſi *unica*, ſcilicet regia, vel regalis, Germanica, Aquisgranenſis (§. XXXVIIII.) cum olim *quadruplex* fuerit, regia Italica, ſive Longobardica, & Imperiali Romana, inde a CAROLO V. ejusque coronationibus Bononiæ, diebus 22. & 24. Februarii anni 1530. celebratis, regia Burgundico - Arelatenſi jam inde a CAROLO IIII. & anno 1365. 4. Junii die omiſſa, nec hodie amplius iteratur *dd*) illa.

§. XLI.

Jus Imperatorem & Regem Romanorum electum coronandi, *ſæculare*, eſt omnium trium electorum eccleſiaſticorum, etiam nondum conſecratorum, præſentium non ſolum ſed & noviſſime abſentium, primorum ſcil. eorundem legatorum, conſecrandi vero & ungendi, *hierarchicum*, veluti *ordinis*, ex conventione & transactione de die 16. Junii 1657. capitulationibus firmata, eſt archi-epiſcoporum & electorum, Moguntini atque Colonienſis, in ſua cujuslibet propria *diœceſi*, in ſeinem Ertz-Biſtum und Bezirk, extra quas in unius licet *provincia* (archi-epiſcopali nempe) vel ſuffraganeatibus (unterhabenden Beybiſtumen)

dd) Sicut olim usque ad CAROLVM IV. & SIGISMVNDVM ſæpius, variis ex cauſis, præſertim quum anti-cæſares legitimi deinceps cæſares facti, omnisque contentio, æmulatio & diſcordia, morte unius adverſarii, novaque & concordi electione ſublata fuit, contigiſſe exempla probant, ab ELIA GOTTLIEB DIETERICH in *Diſp.* de iteratis Imperatorum coronationibus Germanicis *Vitembergæ* anno 1717. & majori adhuc adparatu a *Cel.* IO. FRID IOACHIMO in P. III. derer vermiſchten Anmerkungen, aus dem Staats- und Lehenrecht (Halle 8. 1759.) *num.* IX. von den wiederholten Krönungen der Teutſchen Kayſer, *pag.* 305 — 374. collecta.

ſtumen) illi adcurate alternant. Vtroque autem impedito, ee) Trevirenſi ff) idem jus nonnulli adſcribunt.

§. XLII.

Diem propriæ ſuæ & Regis quoque Romanorum coronationi, pridie a marechallo hereditario, hujusque metatore Imperiali, per modum invitationis ſolenniter indicendum dicit, omnesque neceſſarias perſonas & res ipſe convocat coronandus Imperator, electoribus tamen, vel *ante* ipſam adhuc electionem, vel *poſt illam*, una cum ipſo, a Magiſtratu Norimbergenſi atque a Capitulo & Magiſtratu Aquisgranenſi, clenodia, lipſana & reliquias, ſacra velut & ſecreta Imperii *pignora*, gg) deſiderantibus, & ciſtis eorum in dem Kronwagen advehendis, æque ac deputatis, nobilibus, denen Kron-Begleitern, Kron-Cavalliern ſatellitibusque, reverenter ubique & præſertim, cum adveniunt, excipiendis, ſalvum conductum requirentibus.

§. XLIII.

ee) Veluti a Pontifice Romano nondum confirmato, nondum conſecrato, *pallioque* nondum ornato. Licet neceſſitatem confirmationis, conſecrationis vel certe pallii, cum anonymo, quantumvis catholico, auctore *ſchediasmatis*: an electores archi-Epiſcopi, Moguntinus & Colonienſis, ſacro pallio duntaxat carentes, rite inungant Germanorum Reges, *Francofurti* anno 1746. 4. editi negaverint *ill.* HAEBERLIN, *pag.* annotat. 102. *nota k*) & DAN. NETTELBLADT in *Diſſ.* de corronatione ejusque effectu inter gentes, *Halæ* 1747. *Cap.* II. §. 20. 21. *pag.* 21. *ſq* & §. 26. 27. *pag.* 27. *ſq.* ſed vid. tamen & *ill.* BARTHELII *Diſſ.* de pallio, *Cap.* X. §. 6. *pag.* Opuſculorum *Tomi* II. 119. & WEDEKIND all. loco §. 74. *num.* 3. (a) *pag.* 50.

ff) HE. GRELL de jure ſuccedaneo coronandi archiepiſcopo Trevirenſi, qua Belgii Germaniæque primati, vindicato. 4. *Trevir.* 1757. & IO. IAC. MOSERI Trieriſches Staats-Recht, Leipzig und Frankfurt, *fol.* 1740. *Cap.* II. §. 9. *pag.* 38. 39.

gg) De quibus, ſecretis nempe quibusdam Imperii pignoribus, ad illuſtrandum locum Flori L. I. *Cap* 2. §. 3. *Vitembergæ* diſſeruit IO. ANDR. BODE-

§. XLIII.

Imperator, Rex Romanorum & Electores ſæculares, clauſis urbis portis, civibus & militibus armatis, ſubofficialibus imperii vel legatis archiofficialium coronam, ſceptrum, gladium, globumque imperialem præferentibus, ſolemniter e curia in palatium cæſareum & ex hoc equis in templum vehuntur, in quo ab electoribus eccleſiaſticis abſentiumque legatis, & univerſo clero excipitur coronandus, qui inter ſolemnia miſſarum ſacra & preces, conſecratori quinquies roganti, totidem *volo* reſpondet, deſuperque corporale juramentum ad ſancta præſtat, obedientiam ei, rogante itidem conſecratore, ſpondente præſentium multitudine, benedicitur, & præparatus a Brandenburgico, adminiſtrantibus & adſiſtentibus 4. epiſcopis, 5. abbatibus & multis aliis canonicis, oleo catechumenorum ſanctificato, ſepties, etiam in capite & vertice, *hh*) ungitur, in ſacello, vetuſtate ſua venerabili amictu imperiali ab electoribus & legatis indutus, ante altare, repetita benedictione, enſe CAROLI M. Aquisgranenſi, annulo (proprio hodie) ſceptro, globoque imperiali ornatus, a tribus electoribus eccleſiaſticis ſimul (§. XLI.) coronatur, formulas tamen accipe e. gr. coronam regni *rel.* ſolo conſecratore ſemper pronunciante, novum juramentum, maxime in gratiam cleri latine & germanice præſtat, ſepoſita corona, continuataque miſſa *ſub una* communicat, ab omnibus electoribus iterum coronatus inthroniſatur & durante cantu Ambroſiano in ſolio ictu gladii equites creat, inque oratorio canonicus Aquisgranenſis, eccleſiæ B. M. V. collegiatæ, a deputatis, præſtito his juramento

BODENVS. Sed addatur omnino IO. CHRISTIANI GOTTHELF BVDAEI hiſtoriſche Abhandlung von heiligen Pfändern und Alterthümern, des Römiſch-teutſchen Reichs, einiger anderer Staaten und fürſtlichen Häuſer, 8. 1761.

bb) Contra *Cap.* 5. X. de ſacra unctione.

conſtituitur inque curiam ab omnibus electoribus, pedibus per pontem ligneum, panno variegato obductum, a plebe mox diripiendum, coronatus & palliatus, in *curiam* deducitur.

XLIIII.

In *qua* ſolemne epulum coronationis, imperatore ſolo, menſæ ſex (hodie non niſi quatuor) pedes ſive gradus electoralibus altiori accumbente, Rege Romanorum & Auguſta, cui pariter ſoli menſa debetur tribus pedibus imperatoria inferior, Imperatori hodie adſidentibus, eccleſiaſticis electoribus, typariis ſuis conſpicuis, benedicentibus & gratias agentibus, principe quodam apanagiato cibos incidente, comitibus, præeunte ſubmarechallo, dapes adferentibus, Regis Bohemiæ archi-pincernæ ſubofficiali vel legato potum, vino & aqna permixtum, in ſcypho hodie non amplius argenteo, ſed cryſtallino porrigente, principibus, a communi, quæ illis eodem loco & tempore paratur, menſa hodie abſtinentibus, electorum legatis, etiam primis, alibi, clericis deputatisque civitatum Norimbergenſis, Aquisgranenſis & Francofordienſis, (non vero amplius Colonienſis) in ſenaculo, ſumtibus Imperatoris prandentibus, celebratur, quo finito electores, legati alique Imperatorem rhedis domum comitantur, inſignia deputatis mox reddentem.

§. XLV.

Functiones archi-vel potius ſub-officialium in proceſſione, coronatione, (§. XLIII.) epuloque (§. XLIIII.) cuilibet Imperatori ſemel tantum præſtari ſolitæ, quem ad modum nempe dapifer fruſtum bovis aſſati, e culina, marechallus menſuram avenæ, ex acervo, camerarius pelvem & manutergium a fonte, ſolemniter adferat, theſaurariusque aureos & argenteos coronationis nummos ſpargat, æque ac omnes aliæ ſolemnitates, ritus & cerimoniæ, omnium optime ex DIARIIS illis cognoſ-

noſcuntur, quibus tres noviſſimæ, quæ hoc ſæculo contigerunt, electiones & coronationes, docte non minus quam adcurate deſcribuntur.

§. XLVI.

Auguſta quoque, ſive legitima & ſolemnis Imperatoris uxor, cujus (*divæ ii*) dictæ) *archicancellarius* natus ex inſtauratione CAROLI IIII. de anno 1356. 9. Junii eſt Epiſcopus & Abbas Princeps *Fuldenſis*, *kk*) & ex renovatione LEOPOLDINA de anno 1683. 18. Oct. *archimarechallus* Princeps & Abbas *Campidunenſis*, *ll*) *archicapellanus* vero ex privilegio OTTONIS M. anno 962. dato atque a FERDINANDO II. anno 1626. 12. Octobris confirmato, *Abbas S. Maximini*, *mm*) ſi Imperator velit, aliæque id permittant circumſtantiæ, vel ſtatim, paucis poſt maritum diebus, vel deinde, cum forſan filius Rex Romanorum coronatur, quid quod *Regina* quoque, ſive *Regis Romanorum* uxor, ipſomet Auguſto a conſecratore id petente, ab eisdem, eodem fere modo, latine benedicitur: & non tamen in *capite* (§. XLIII.) ungitur, eademque plerumque corona & in-

ii) Conferantur Auctoris vermiſchte Beobachtungen aus denen deutſchen Staats-Geſchichten und Rechten III. Theil, *num.* III. ubi: die Redensarten bonæ, piæ, beatæ, ſanctæ, *divæ* memoriæ als Ehrenworte noch lebender Perſonen, §. 30. *pag.* 92 — 96.

kk) IO. WILH. WALDSCHMIDT *Diſſ.* de Auguſtæ Imperatricis archicancellario, *Marb.* 1715. & PHIL. AD. VLRICH *Diſſ.* de archicancellariatu & primatu S. R. I. principis abbatis Fuldenſis, *Herbip.* 1724. & *Lips.* 1733.

ll) IO. CAR. KOENIG *Diſſ.* de archimarechallo Auguſtæ Imperatricis, *Marb.* 1748.

mm) AVG. BENED. MICHAELIS *Diſſ epiſtolica* de archicapellano imperatricis Auguſtæ, *Halæ* 1750. 4. & IO. IAC. MOSERI Trier. und St. Maximiniſches Staats-Recht, fol. 1740. *Cap.* II. §. 4. *pag.* 302. 303.

insigniis Norimbergensibus coronatur, nisi quod non equis, sed rhedis vehatur processio, quod nec *gladius* ei porrigatur, nec *juret* illa, nec *equites* creet, nec electores ei *archiofficia* præstent, subofficialibus tamen insignia Imperatori in hac processione præferentibue, suisque officialibus, varia circa ejus coronationem, ab electoribus ecclesiasticis in dubium vocari & anteverti solita jura prætendentibus, capellanum tamen, Trevirensi forsan archi-Episcopo, cui is hodie subjectus, *nn*) impediente.

§. XLVII.

In epulo hujus coronationis Electores, vel primi eorum legati (secus ac in §. XLIII.) *communi* mensa, imperatoria haud multum inferiore, utuntur, Fuldensi & Campidunensi Abbatibus Augustorum mensæ benedicentibus, & in eodem conclavi junctim, alibi vero sumtibus Imperatoris Civitatum deputatis *oo*) prandentibus.

§. XLVIII.

Finem utrique, & electionis & coronationis, panegyri faciunt festa, dona, convivia, audientiæ, visitationes mutuæ, homagium urbis, & vel ante vel mox post solemnem Imperatoris egressum ex illa restauratio judicii imperialis aulici, continuatio comitiorum hodie non amplius *Norimbergæ* inchoandorum, variaque novi Imperatoris ad hæc decreta, tempori & saluti imperii inservientia.

nn) IO. IAC. MOSERI Ius publ. majus L. II. *Cap.* 136. §. 64. 65. *Parte* VII. *pag.* 218. 219.

oo) Id quod e DIARIO *novissimæ* coronationis Augustæ, *pag.* 18. contra id notandum, quod MOSERVS ibidem §. 42. *pag.* 209. tradidit.

DE
LOCO
ELECTIONIS
ET
CORONATIONIS
REGIS
ROMANORVM.

10027731

CAPVT I.

FRANCOFVRTI AD MOENVM QVINAM IMPERATORES ELECTI FVERINT?

GÜNTHERVS
IN
LIGVRINI L. I. V. 174.

Acturi ſacræ de ſucceſſore coronæ
Conveniunt Proceres, totius viſcera regni
Sede ſatis nota, rapidoque proxima Mogo
Clara ſitu, populoque frequens, murisque decorâ eſt
Franconefurt: *nobis liceat ſermone latino*
Francorum *dixiſſe* vadum — — —
Huc ſacri, celebresque viri, quos laude ſerena
Infula, vel gladius mundo facit eſſe verendos,
Ex omni regione fluunt, ad publica regni
Commoda, de ſummis agere, ac diſponere rebus
Exacta ratione parant, æque omnibus unum,
Qui modo ſit tanto ſuccedere dignus honori,
Præfeciſſe ſibi celeri pietate laborant.

§. I.

Quod FRANCOFVRTVM *ad* MOENVM, nobiliſſima illa ſpectatiſſimoque MAGISTRATV ſuo non minus quam ſplendidiſſimo commerciorun: flore perincluta civitas Imperialis, *ea* regni Germanici *urbs*, is *locus* ſit, qui jam *ab antiquo a*) electionibus Imperatorum Romanorum &

a) Ita namque jam ſuo ævo VRBANVS IIII. P. R. die XI. Maji anno 1263. ad RICHARDVM Imperatorem apud ODORICVM RAYNALDVM in *Tomo* Annalium Eccleſiaſticorum XIV. ad hunc annum 1263. §. 53. & GVILIELMVM GODOFREDVM LEIBNITIVM in prodromo Codicis juris gentium diplomatici *num.* XIV. §. 4. *pag.* 14. "quibus omnibus — — convenientibus apud *oppidum de Franckenford*, intus vel extra ipſum oppidum, in terra, quæ dicitur Franckeſerde (loca quidem ad hoc ſpecialiter deputata ab antiquo) ad electionem ipſam procedi poteſt & debet ſecundum morem ipſius Imperii adprobatum. Ita non minus Electores ipſi ad CLEMENTEM V. die XI. Auguſti 1309. in decreto electionis HENRICI VII. *Comitis Lucem-*

Regum Germaniæ deſtinatus fuit & in quo illas futuris quoque

cemburgenſis, apud *Eundem* in *num. Mantiſſæ* 49. & in dem Urkundenbuch zu der von Olenſchlageriſchen Staatsgeſchichte des Römiſchen Kayſerthums in der erſten Helfte des XIV. Jahrhunderts, *num.* X. *pag.* 219. ſcripſerunt" Qua die in *oppido Frankenvord*, loco quidem ad hoc ſolito & conſueto, nobis omnibus — — iterum convenientibus„ Ita pariter quoque Electores LVDOVICI IV. *Bavari* die 22. Octobris 1314. eligendo demum Pontifici, ibidem *num.* XXVI. *pag.* 66. ſcribunt: "qua die veniente *ſuburbio oppidi regalis Franckfordenſium* loco ſi quidem ad hoc ſolito & conſueto" rel. Sicut & FRIDERICI *Auſtriaci* Electores XIV. Kalend. Novembris eidem ſignificarunt, ſe *apud Frankenfurd*, locum ſolitum, & conſuetum elegiſſe, ibidem *num.* XXV. *pag.* 63. 64. Cæterum de loco olim Franken-Erde & Wahlfeld dicto, hodie in ipſa urbe, ejusve ſuburbio vetere ſito & hodienum Klapperfeld dicto atque ab Imperio, ut feudum, recognoſcendo, vid. Privilegia Francof. *pag.* 437. 440. 444. 464. 465. 467. 523. legi meretur illuſtris Francofordienſium Conſul IO. DAN. *de* OLENSCHLAGER in jam laudato libro §. XXXII. *pag.* 83. 84. ubi id confirmat, quod jam antea in *hiſtoria interregni* poſt mortem CAROLI VI. P. IV. *Sect.* IV. *pag.* 342. hanc in rem conjecerat, quodque in illius ſæculi jure publico uberius confirmabit. Conferantur, quæ generatim hanc in rem præter non ſatis adcuratam ſemper *Chronicam* LERSNERIANAM tradiderunt NIC. HIERON. GVNDLING in *Gundlingianis*, P. XVIII. *num.* 1. von der Kayſerlichen Wahlſtadt Frankfurt, *pag.* 1 — 230. IO. GE. ESTOR in *ſpecimine decerptorum ex geographia veteri Haſſiæ* in *Collectione II.* Analectorum Haſſiacorum *Kuchelbeckianorum pag.* 258. *ſq.* IO. BENI. LEHNEMANN in *Diſſ.* de privilegiis MFrancofurtenſibus, *Lipſ.* 1740. *Cap.* IV. Auctor præfationis *Diarii* coronationis CAROLI VII. anno 1742. *fol.* editi, von den Vorrechten der Wahl- und Crönungsſtädte Frankfurt und Aachen, welche denſelben bereits vor der goldenen Bulle zugeſtanden, und der Treue, ſo beede Städte ihren rechtmäßig erwehlten und

ge-

que temporibus omnes celebrare jussit KAROLVS IV. *b*) neminem juris publici vel obiter gnarum fugere potest.

§. II.

Electus ibidem *c*) & quidem perquam feliciter die XIII. Septembris 1745. ibidem electus fuit *augustissimus*, qui fasces Imperii Romano Germanici hodie moderatur FRANCISCVS I. P. F. atque F. quem Deus amet, servet, protegat, cui-

Der Anwesenden Herren Churfürsten Höchstansehnlichste Herren Räthe und Abgesandten, Hoch Wolgebohrne, Hoch-Edelgebohrne, Gestrenge Vest- und Hochgelahrte, Gnädig- und Hochgeehrte Herren.

Euern Churfürstl. Gnad. und Durchl. auch Gn. und Excellentien, ist von selbsten ohn Unser weitläufftiges Erinnern, Gnädigst auch Gnädig und Hochgünstig bekannt, was Massen des Heil. Reichs Stadt Franckfurt von undencklichen Jahren, der gewöhnliche Ort gewesen, da die Wahl eines Römischen Königs vorgenommen und vollbracht, und solcher Ort in der Guldnen Bull Weyland Kaiser Caroli IV. Höchstpreißlichen Gedächtnus darzu confirmirt und bestättiget worden.

Nach demmal aber jetzige Kaiserl. Majest. Unsers Allergnädigsten Kaisers und Herrn, ohne Zweiffel aus höchstbewegenden Ursachen, und

mit Einwilligung eines Hochlöblichen Churfürstl. Collegii beliebet hat, zuvorstehender Röm. Kaiserl. Wahl des Heil. Reichs Stadt Augspurg dißmals zu benennen, und Wir der zuverlässigen Hoffnung in aller Unterthänigkeit leben, es werde solches zu Præjudiz und Nachtheil des Heil. Röm. Reichs Stadt Franckfurt wolhergebrachter Gerechtigkeit der Wohlstand nicht angesehen seyn, auch Derowegen Wir gar nicht gemeinet seynd, hierinnen einige Mas zu geben, sondern wünschen vielmehro von ganzem Hertzen, daß sothane Wahl, dem Röm. Reich zu gänzlicher Beruhigung und aller Wolfahrt gereichen möge.

Weilen jedoch Unsere Vorfahren jederzeit billige Sorgfalt getragen, und wie annoch in beygelegten Num. 1. 2. 3. und 4. zu finden, ihr dißfalls vor andern Städten des Reichs habende Jura und Privilegia schriftlich und bestermassen zu conserviren.

Als haben wir auch nicht unterlassen können, noch sollen, dergleichen dißmal zu thun, und derentwegen dem Wol-Edlen, Vest und Hochgelehrten Herrn Jacob Ernst Thoman von Hagelstein, beyder Rechten Licentiato Vollmacht aufgetragen, bey nunmehro vorstehender Königlicher Wahl E. E. Churfürstliche Gnad. und Durchl. auch Gn. und Excell. diese Schrift und Supplication loco protestationis, solche ad Acta imperii zu registriren, in Unterthänigkeit zu überreichen, und einzutragen, Gestalten dann derselbe solches zu verrichten übernommen, und zu vollziehen Ihm wird angelegen seyn lassen.

Welches Ew. Churfürstl. Durchl. und Gnad. auch Gnad. und Excell. erheischender Nothdurfft nach, Wir unterthänigst unterthänig und dienstlich nicht verhalten können, Dieselbe damit Göttlicher Allmacht zu erwünschter langwühriger Gesundheit und aller Prosperität, Denselben aber Uns und gemeine Stadt zu Churfürstl. Gn. Favor und hohe Gunst, unterthänigst, unterthänig und dienstlich empfehlend.

Ew. Churfürstl. Gn. und Durchl.
auch Gn. und Excell.
Unterthänigste, Unterthänige
und Dienstgeflissene
Burgermeister und Rath der Stadt
Franckfurt.

ſtatione, ſueto alias remedio, conſervare nondum auſa; quia (27.) Aquisgranenſibus quoque tales reverſales dari moris eſt, licet ne Imperatorum quidem, multo minus ergo Regum Romanorum coronationes inde a MAXIMILIANO II. & anno 1562. ibi amplius celebrari ſoleant; quia (28.) ſi Imperator alibi quam Aquisgrani coronatur, hic & collegium Electorale, Aquisgranenſibus, quodſi vero Rex Romanorum alibi, quam vel Francofurti eligitur, vel Aquisgrani coronatur, *hic* certe ipſe, ne Imperator quidem factus, ullis ejusmodi reverſalibus vel Aquisgranenſibus, vel Francofordienſibus cavere ſolet; quia licet Francofurtum commoditate & ſplendore electionis nulla alia Imperialis Germaniæ urbs facile ſuperet, (29.) vicinia tamen non nullarum, velut Norimbergæ, Ratisbonæ & Auguſtæ Vindelicorum, habita ratione Vindobonenſis aulæ Cæſareæ, vincatur illud; quia, plura namque ſuccurrunt, cum me jam omnia conglomeraſſe putabam, quia (30.) nondum adhuc ſimul uno eodemque tempore electi fuerunt Imperator & Rex Romanorum; quia (31.) nec de *reſidentia* Imperatoris quidquam aliud, quam ut in Germania is commoretur, *legibus x)* cautum & diſpoſitum eſt; quia (32.) comitia Regni univerſalia pariter nulli certo loco adſcripta ſunt; quia (33.) prima cujuslibet Imperatoris comitia dudum non amplius *Norimbergæ*, cui ea CAROLVS IV. *y)* pariter adfixerat, habentur, nec huic ideo amplius, ut olim, *z)* proſpicitur; quia (34.) Auguſta ubilibet coronari poteſt, licet Imperatorem Aquisgrani coronari

x) Capitulatio Cæſarea *Art.* XXIII. §. 1.

y) A. B. *Cap.* XXVIII. §. 5.

z) Scilicet in Receſſibus Imperii, *Ratisbonenſibus* de anno 1566. §. 180. de anno 1613. §. 17. & de anno 1641. §. 2. IO. FRID. IOACHIM von dem erſten Reichstage, welchen ein Römiſcher Kayſer nach der Vorſchrift der güldenen Bulle, in der Reichsſtadt Nürnberg halten ſoll, 4. 1745. & in P. I. derer vermiſchten Anmerkungen *num.* 4 *pag.* 77.

nari voluerit CAROLVS IIII. nec huic urbi propter coronationem Auguſtæ alibi celebratam unquam reverſales datæ fuerunt; quia (35.) conductus Carolinus hodie non amplius neceſſarius, & aliorſum æque facile præſtari poſſet; quia (36.) hodie nullæ amplius diſcordiæ in ipſo electionis loco metuuntur; quia (37.) urbs electionis hodie non amplius obſidetur & quævis alia pariter obſideri poſſet; quia (38.) cujuslibet majoris & amplioris urbis cives Electoribus æqualiter armatis facile ſecuritatem præſtare poterunt, minus tamen in ſplendida hac panegyri, etiam propter Imperatoris auctoritatem, neceſſariam; quia (39.) nec Pontificis Romani, nec Epiſcoporum *aa)* electiones certis locis adfixæ, ſed conclave potius & capitulum ibi ſit, ubi cardinales & capitulares conveniunt; quia denique (40.) ut ad principium hiſtoriæ revertar, primus ſtatim Imperatorum Francofurti coronatorum, FRIDERICVS I. filium ſuum HENRICVM VI. quinquennem, non ibidem, ſed Bambergæ, *bb)* in comitiis, die VI. Iulii ipſoque *Pentecoſtes* feſto cœptis Regem Romanorum eligi curavit, die XV. Auguſti, in feſto adſcenſionis B. M. V. Aquisgrani coronatum.

aa) Cum tamen ſcrupuloſior eligendi forma ab eccleſia ad Imperium tranſierit; judice LEIBNITIO *in fine* præfationis ad Codicem juris Gentium Diplomaticum. GE. LVDOV. BOEHMER in *exercitat.* de reliquiis juris canonici in Imperatoris electione, *Gott.* 1741. 4. ed.

bb) B. HE. *Comes de* BVNAV in *vita* FRIDERICI I. Imp. Aug. *pag.* 210.

CAP. V.

CAPVT V.

NOVISSIMAE REGVM ROMANORVM ELECTIONES

ALIAQVE PVBLICA

REGNI NEGOTIA AVGVSTAE VINDELICORVM PERTRACTATA.

10027751

§. XIII.

Omnibus hiſce, tam ſingulatim, quam conjunctim, & quidem in *utramque* (§. VIII. & X.) partem probe perpenſis, propoſitam *ſupra a) quæſtionem*, non decidere quidem, vel PROBLEMA (§. VIIII.) hocce penitus reſolvere, hoc eſt, vel *adfirmativam* (§. XI.) vel *negativam* (§. XII.) illius poſitive & juridice reſpondere; at ſalvis tamen, quæ privato atque academico *juris publici* doctori, tum erga AVGVSTISSIMVM IMPERATOREM æque ac SERENISSMVM COLLEGIVM ELECTORALE, tum erga FRANCOFORDIENSEM quoque Civitatem, regulariter *b)* tamen hac in re omnibus aliis civi-

 tati-

a) Supra *Cap.* II. §. IX. *pag.* 30. & 31.

b) E multis non niſi *duos* nominabo, quorum *uterque* non ſolum ita ſentit, verum *neuter* quoque vel ſaltem dubitat, quod *Reges Romanorum* FRANCOFVRTI non *æque* eligendi ſint, ac ipſi quidem *Imperatores*. Sunt vero illi CHRISTIANVS RITTER in *Diſp.* de Rege Romanorum, *Vitemb.* 1670. & BALTH. DAVID SEYBOTH in *Diſp.* de ſummi monarchæ in Imperio R. G. ſucceſſore, ſeu Rege Romanorum, vivente Imperatore, *Alt.* 1736. §. XXII. *pag.* 16. ubi "intra tres a die intimationis menſes, regulariter Francofurti compareant. A. B. *tit.* 1. §. 18. Plerique tamen illorum qui de Rege Romanorum ejusque electione egerunt (ex *eadem* hac ſine dubio *cauſa*) de LOCO *illius* minime ſolliciti fuerunt. Quid, quod noviſſimum, idemque præſtantiſſimum longe Celeberrimi atque illuſtris IO. STEPHANI PVTTERI in uſus Sereniſſimi Principis hereditarii Saxo-Gothani ERNESTI LVDOVICI *con*-cique hinc *in*-ſcriptum, Compendium juris publici, kurzer Begriff

des

tatibus imperialibus SVO IVRE præferendam, quam ſubmiſſime & decenter obſervandis officiis, exinde concludere poſſum, alibi etiam & potiſſimum quidem AVGVSTAE VINDELICORVM, ROMANORVM REGES, ſi ita videretur, *eligi* & *coronari* poſſe.

§. XIIII.

Idque, ut paucis multa complectar, eodem jure & modo, ſive ex iisdem fere cauſis, quo & ex quibus IOSEPHVS I. & FERDINANDVS IV. noviſſimi Reges Romanorum, ſuperiori ſæculo, anno 1690. & 1653. pariter AVGVSTAE VINDELICVM, is, *belli* quidem, at hic tamen *pacis*, in Weſtphalis modo tum ſtabilitæ, tempore, & quo quibusve FERDINANDVS III. anno 1636. fervente adhuc bello tricennali, & RVDOLPHVS II. anno 1575. Germania nulli tum bello implicita, imperantibus FERDINANDO II. & MAXIMILIANO II. *Ratisbonæ*, electi & IOSEPHVS Auguſtæ Vindelicorum, FERDINANDVS autem II. MAXIMILIANVS II. & RVDOLPHVS II. *Ratisbonæ*, coronati fuerunt REGES ROMANORVM.

§. XV.

Non ſolum propter nimiam longitudinem & moleſtiam itineris AVGVSTORVM ultra Danubium, ad Mœnum & Rhenum usque, verum etiam quod noviſſima exempla ſemper alias

des teutſchen Staatsrechts §. 272. *pag.* 229. ratione loci inter electionem Imperatoris & Regis Romanorum adeo non diſtinguit, ut potius electionem Romanorum *Regis* IOSEPHI Auguſtæ Vindelicorum peractam ceu exemplum adduxerit daß aus bewegenden Urſachen auch eine andere Reichs-Stadt zur Kayſer-Wahl genommen werden könne, wie z. E. Joſeph zu Augſpurg erwehlt worden.„

alias adtendi & noviſſima hinc obſervantia, antiquiori ſemper præferri, quid quod ſcriptæ plane legi, prout AVREAE BVLLAE *c)* jam ſæpius accidit, deroget. Non ſolum, quod conventum imperialem *Ratisbonæ d)* congregatum, *Auguſtæ* declinare jam FERDINANDVS III. illuc, mox poſt electionem filii FERDINANDI IIII. ad ipſam ejus coronationem ibi celebrandam redux, conſultius duxit, verum ſingulatim & præcipue etiam quod *Auguſta Vindelicorum*, NIC. REVSNERO *e)* ocellus & ſidus Germaniæ dicta, ut ejusdem *Auctoris* verbis utar, ſalubritate cœli, aquarum perennitate, ædium privatarum & publicarum magnificentia, artificum opificumque multitudine, eorumque raris & inſignibus operibus, mercaturarum magnitudine, denique omnium rerum abundantia *f)* excellat, pa-

 latii

c) Exemplis id teſtantibus permultis, collectis a IACOBO BRVNNEMANNO in *Diſp.* de aureæ bullæ mutatione, *Halæ* 1700. & IMM. WEBERO in *Diſp.* cui titulus: Capita quædam Chryſobullæ, quæ vel nunquam obſervata, vel deſuetudine ſublata, vel immutata. *Giſſæ* 1717. facili negotio augendis.

d) Prodiit Francofurti ad Mœnum 4. bey Wilhelm Stelin M. DC. LIV. der Röm. Kayſerl. Majeſt. FERDINANDI III. wie auch der Röm. Königl. Majeſt. FERDINANDI IV. Hoff-Stat: wie ſich derſelbe in Jahren 1653. und 1654. vff dem Reichstag zu Regenſpurg eingefunden. 2½ Bogen ubi *pag.* 3. die Kayſerl. Reichs-Hoff-Räthe nominantur. Quod impreſſum, non legitur in completis alias *actis* comitialibus Ratisbonenſibus publicis *annorum* 1653. & 1654. B. IO. GODOFREDI *de* MEIERN *Lipſiæ in fol.* II. *Tomis* 1738. editis. Conf. L. I. §. 8. §. 16. *num.* I. II. § 19. *num.* III. & §. 29 *num.* 1. 2. 3. *pag.* 49. 97. 117. 203. *ſq.*

e) De urbibus Imperialibus, P. II. fol. 92. Vid. THEOD. HOEPING de jure inſignium, *Cap* VI. *n.* 684.

f) Plura ejusmodi cumulavit PH. KNIPSCHILD in *tr.* de juribus & privilegiis Civitatum Imperialium, a IO. IAC. SCHMAVSSIO *Argentorati* 1740.

latii Cæſarei *g)* & eccleſiæ, tum cathedralis B. Virginis, tum collegiatæ S. Vdalrici antiquitate *h)*, reverenda cleri frequentia, religionis Catholicæ & Evangelicæ paritate *i)*, Curiæque ſuæ

1720. *fol.* adaucto, L. III. *Cap.* II. *pag.* 10. *num.* 20. & *pag.* 33. 34. ubi *Georgii* FABRICII, *Ioachimi* CAMERARII, *Ieremiæ* REVSNERI, & *Caſparis* BRVSCHII in hanc urbem carmina leguntur.

g) Conf. Chronici Gottwicenſis *Tomus* I. ſeu prodromus, L. III. *cap.* 2. *num.* 1. in Theſauri rerum Suevicarum *Wegeliniani Vol.* II. *Diſſ.* 2. *pag.* 12.

h) Quam *baſilicam* monaſterii SS. *Vdalrici* & *Afræ* quorum converſio & paſſio in M. WELSERI *Opp.* legitur, vid. *Bibl. hiſtoricæ Hamburgenſis Cent.* I. *pag.* 224. BERNHARDVS HERTFELDER *Auguſtæ Vindelicorum f.* 1627. & 1693. hiſtorice itemque figuris æneis illuſtravit. Add. P. CORBINIANVS KHAMM Ordinis S. *Benedicti* in libero ac imperiali monaſterio ad SS. Vdalricum & Afram Auguſtæ Vindelicorum profeſſi & Theologi, perrara, eademque anno 1721. damnata ſive, in numerum librorum prohibitorum relata, in Proteſtantes perquam contumelioſa, HIERARCHIA AVGVSTANA, eademque chronologica, tripartita, ſcilicet in partem *cathedralem*, quæ anno 1709. 4. una cum auctario ſeorſim edito prodiit, *collegialem*, anno 1712. editam, & *regularem* denique anno 1719. demum *prodromum* ſuum de anno 1717. ſubſecutam, Auguſtanum illud monaſterium S. Vdalrici & Afræ Benedictinum *primo* ſtatim & præcipuo *loco* deſcribens, ſive ſeries (1.) Auguſtanorum Epiſcoporum, Pro-Epiſcoporum, Præpoſitorum, Decanorum, Canonicorum; nec non (2.) Præpoſitorum ac Decanorum Auguſtanæ diœceſis eccleſiarum collegiatarum; inſuperque (3.) Abbatum præpoſitorumque Auguſtanæ Diœceſis Eccleſiarum regularium SSS. Benedicti, Auguſtini & Norberti. Cæterum in *Vdalriciana* electum, in *Cathedrali* vero eccleſia coronatum fuiſſe IOSEPHVM I. in SIGISMVNDI SCHMIDTII teutſchem Audientz-Saal *pag.* 102. & 131. legi poteſt.

i) *Inſtrumentum* PACIS WESTPHALICÆ *Oſnabrugenſe Artic.* V. § 3—10. & IO. IAC. MOSERI jus publicum L. III. *Cap.* 191. *ſect.* 1. membro 2. §. 4. *Parte* XLI. *pag.* 76—135.

k) ſuæ ſplendore & quod maximum, laudatiſſima MAGISTRATVS ſui prudentia, perilluſtris.

§. XVI.

In univerſum namque obſervare licet, quod ab eo inde tempore, quo regnum & imperium noſtrum in DOMO AVSTRIACA, quæ illud ab ALBERTO II. inde, usque ad CAROLVM VI. ab anno 1437. usque ad annum 1740. haud interrupta *tredecim* imperatorum ſerie ornavit auxitque, atque ex voto omnium bonorum etiam in poſterum, LOTHARINGICO ex eodem plane ſanguine oriundo ſtemmate, quod DEVS T. O. M. æternum eſſe jubeat, denuo ſuffulta ornabit augebitque, magis magisque firmatum fuit, hoc eſt inde a FRIDERICO III. & MAXIMILIANO I. patre & filio, atque confiniis *ſæculorum* decimi tertii & quarti, publica regni negotia Auguſtæ Vindelicorum ſæpe, multoque ſæpius, quam antea, tractata fuiſſe & expedita. Anteſtor hoc nomine comitia Auguſtana anni 1474. 1481. 1491. Ordinationem Regimenti Auguſtanam de anno 1500. Ordinationem Cameralem ejusdem anni, Receſſus imperii Auguſtanos annorum 1510. & 1518. *l*) 1526. 1530. Confeſſionem Auguſtanam, Ordinationem ejusdem hujus anni politicam, ſolemnem novi Electoris Saxonici MAVRITII inveſtituram

k) De qua legi meretur B. IO. GEORGII KEYSLERI epiſtola itineraria X. *pag.* 63. & ſingularis illius deſcriptio hoc inſignita elogio. *Curia Auguſtanæ reipublicæ*, das iſt, ausführliche Beſchreib. und Auslegung aller kunſtreichen Gemählb-Stück und Tafeln, welche in dem An. 1620. neuerbauten hochanſehnlichen Rathauß zu Augſpurg zu erſehen, 4. 1714.

l) Conf. Auctoris vermiſchte Beobachtungen aus denen deutſchen Staats-Geſchichten und Rechten, P. II. *num.* VII. von Kayſer Karl des V. Römiſchen Königswahl, §. 20. 21. *pag.* 219. ſq.

turam, *m)* Receſſum imperii Auguſtanum de anno 1548. famoſum illud CAROLI V. interim Auguſtanum, pacem publicam, ordinationem & reformationem politiæ, Iudicii Cameræ Imperii conſtitutionem & ordinationem (Evangelicos excludentem) pariter Auguſtanam ejusdem anni 1548. ſupplementum matriculæ vel receſſus imperii ejusdem anni, Receſſum Imperii Auguſtanum anni 1551. & 1555. qui ſolus & pacem publicam, religioſam atque profanam, & ordinationem cameralem, & ordinationem executionis, uno libello complectitur, ſolemnem KAROLI V. reſignationem imperiique in FERDINANDVM I. translationem, *n)* prima hujus Imperatoris Auguſtæ habita comitia, horumque receſſus de anno 1559. principalem & ſecundarium, ordinationem FERDINANDI I. monetalem de anno 1559. minime tamen omnium primam, prima itidem MAXIMILIANI II. & RVDOLPHI II. comitia, annorum 1566. & 1582. perquam celebria & notabilia. Sequioris ævi comitia maximam partem *Ratisbonæ* agitata fuere, ubi ſcilicet non ſolum illa, quæ noviſſimum receſſum Imperii pepererunt, annorum 1653. & 1654. poſt Pacem Weſtphalicam proxima, ſed & hæc inſtituta & huc usque habita fuerunt, LEOPOLDI A. C. prima, quæ nunc ſæcularia & perpetua facta ſunt, Ratisbona tamen, non quidem anno 1680. at anno tamen 1713. propter metum contagionis, Auguſtam *o)* translata, ubi noſtra ætate

m) NICOLAI MAMERANI relatio de inveſtitura regalium MAVRITII in IO. SCHARDII *Tomo* II. *pag.* 508—518. & inprimis P. von Stetten Geſchichte von Augſpurg P. I. *pag.* 417.

n) Vid. ſupra *Cap.* I. §. II. *nota* k) *pag.* 10. 11.

o) Vbi tamen 9. Iulii 1686. magnum contra Galliam fœdus ictum fuit, inter LONDORPII *Acta publica*, XII. ſq. §22. & in P. IV. noviſſimæ Receſſuum Imperii collectionis, *pag.* 155.

ætate non ſolum commune judicium Vicariatus Bavaro Palatini aulicum, durante interregno poſt mortem CAROLI VI. agebatur, & CAROLVS VII. anno 1743. aliquandiu commorabatur, nec non noviſſimus conventus monetalis agitatus fuit, verum etiam univerſalis nuper belligerantium congreſſus inſtitutus fuiſſet, niſi HVBERTSBVRGENSIS pax illius ſpem antevertiſſet, incomparabile illud cœli donum.

§. XVII.

Ne vero, Auſtriacos demum Imperatores, *Auguſtæ Vindelicorum* negotia publica tractare & conventus publicos ibi inſtituere cœpiſſe forſan putes, in memoriam revocanda erit Synodus XXV. Epiſcoporum, quæ una, ſunt *Hermanni Contracti p)* verba, anno 951. ſub OTTONE I. M. una cum magno totius regni Principum conventu apud Auguſtam *q)* Vindelicam coadunabatur, nec non conventus ille longe celeberrimus, quem idem hic OTTO M. *r)* anno 952. medio menſe Auguſto apud Auguſtanam urbem Rhætiæ provinciæ egit,

p) Apud IO. PISTORIVM *Tomo* I. *pag.* 261.

q) Conf. Summe reverendi Dn. Dr. CHRISTIANI WILHELMI FRANCISCI WALCHII Entwurf einer vollſtändigen Hiſtorie der Kirchenverſamlungen, IIII. Buch, I. Hauptſt. II. Abſchnitt, §. 34. *pag.* 597.

r) De liberatione urbis ab Hungaris illam obſidentibus, immo totius Germaniæ ab OTTONE M. haud magno exercitu facta vid. M. CRVSIVS L. IIII. P. II. *pag.* 121. P. a STETTEN, P. I. *Cap.* IV. §. VII. *pag.* 40. ubi illam ad 10. Auguſti 955. refert, & qui noviſſime annales veteres Hunnorum, Avarum & Hungarorum, ab anno 210. usque ad annum 997. *Vindobonæ* 1761. fol. ſcripſit GEORGIVS PRAY Soc. I. P. III. L. II, *pag.* 364.

ubi, ſunt verba ejus, *s)* qui REGINONIS *Abbatis Prumienſis annales* ab anno 907 — 972. continuavit, BERENGARIVS II. Italiæ Rex, cum filio ſuo ADELBERTO, regiæ ſe per omnia in vaſallitium dedit dominationi, & Italiam iterum cum gratia & dono regis accepit regendam. WITICHINDVS *Corbeienſis monachus t)* rem ita exprimit „Berengarius in Auguſtanis comitiis famulatui regis ſe cum filio ſubjugavit" maximo tamen ſuo damno mox perfidus. Plures hanc in rem ſcriptores rerum Germanicarum allegat IO. FRID. PFEFFINGER *u)* e quibus tamen ſolus GOTFRIDVS *Viterbienſis v)* Auguſtæ Rhæticæ Regium in Lombardia ſubſtituit. HENRICVS II. S. *claudus* anno 1004. à Saxonia diſcedens in Bavariam venit. Ibi *Henrico*, (Comiti de Luxemburg) fratri Reginæ, in feſtivitate S. Benedicti, (die Martii 21.) Ducatum Bavarienſem conceſſit. *w)* "Tandem illi Auguſtam venienti, quæ in confiniis Bavariæ & Alemanniæ ſita eſt, Lotharienſes, Franci & Alemanni, obviam veniunt ad ulciſcendam injuriam Tevtonicis illatam, voluntarii & regio honori per omnia deſervire parati" ſunt

s) Ad dictum *annum* 952. apud SIM. SCHARDIVM *Tomo* I. & IO. PISTORIVM *Tomo* I. *pag.* 78. & editionis *Struvianæ pag.* 106.

t) L. *Annalium* III. apud HE. MEIBOMIVM *Tomo* II. *pag.* 652.

u) In Vitriarii illuſtrati *Tomo* III. *pag.* 92. ubi tamen præter rem & neceſſitatem Auguſtam Vindelicorum loco Rhæticæ nominantem H. CONRINGIVM de finibus Imp. L. I. *Cap.* 9. §. 10 *pag.* 60. carpit, cum illa ſeſe hodienum in *ſigillo* ſuo *Auguſtam Rhætiæ*, in *nummis* vero *Auguſtam Vindelicorum* adpellare ſoleat.

v) Apud IO. PISTORIVM *Tomo* II. *pag.* 325.

w) D. Joh. Frid. Joachims Geſchichte der teutſchen Reichstäge I. Band, III. Hauptſt. §. 67. ſ. 264. 265.

sunt verba ADELBOLDI *x*) in vita HENRICI II. S. cui, me quidem judice maior fides heic debetur quam ipsi DITMARO *y*) *Merseburgensi*, conventum istum Ratisbonæ & insequenti anno 1005. in quo tamen Rex jam in Italia *z*) fuit, adscribenti. Comitia regni ab Imperatore CONRADO II. *Salico* Vlmæ anno 1027. post felicem ex Italia reditum, habita præcessit in Augusta Vindelica colloquium ejus familiare cum fidelibus suis, contra proditores patriæ, suum præsertim privignum, ERNESTVM II. Sueviæ Ducem, Giebichensteinensi arci deinceps inclusum. Teste WIPPONE ejus *capellano. aa)* Anno 1036. idem Imperator purificationem beatissimæ Dei genitricis Mariæ, Augustæ peregit, ubi publicum conventum tenuit, in quo *Conradum* patrielem suum, Ducem Carentanorum constituit. Hæc *Chronographus Saxo bb)* & *Annalista Hildesiensis cc)*, qui locum Augustburg vocat. Novus Rex HENRICVS III. incarnationem domini 1040. Ratisponæ, & purificationem B. D. G. M. Augustæ celebrans ibique aliquandiu degens, placitum habuit cum Alpinis (an *Italiæ*, an *Helvetiæ* burgundicis?) primoribus. HERMANNVS CONTRACTVS *dd)* &

x) In *Tomo* rerum Brunsvicensium *Leibnitiano* I. *pag.* 437.

y) L. VI. ibidem *pag.* 376.

z) B. IO. DAV. KOELER in *Diss.* de Ardoino Marchione Eporediæ, electo post Imp. *Ottonem* III. & ab *Henrico* I. Aug. profligato rege Italiæ, *Alt.* 1730. §. XIII. *pag.* 15. sq.

aa) In Vita ejus apud IO. PISTORIVM *Tomo* III. *pag.* 473.

bb) *Pag.* 244. Accessionum historicarum LEIBNITII.

cc) In *Tomo* rerum Brunsvicensium *Leibnitiano* I. *pag.* 728. Add. GASSARVS ad *annum* 1039. in *Tomo* MENCK. I. *pag.* 1339. & M. CRVSIVS in P. II. L. VI. *Cap.* III. *pag.* 179.

dd) Apud IO. PISTORIVM *Tomo* I. *pag.* 292.

CHRONOGRAPHVS *Saxo. ee)* Qui pariter referunt HENRICVM III. *ff)* & dominum Papam LEONEM IX. cum multis episcopis & principibus apud Auguſtam Vindelicam conveniſſe & purificationem iſtius anni 1051. celebraſſe. Paſcha anni 1077. glorioſiſſimum apud Auguſtam celebravit anti-Cæſar RVDOLFVS *Suevus*, generale cum Principibus ſuis colloquium apud *Eſslingam* BERTOLDO *Conſtantienſi gg)* teſte habiturus, mox circa *Sigmaringam hh)* nobis vicinam, infelix. Anno 1133. infauſto admodum omine, in Italiam abiturus, Auguſtæ fuit LOTHARIVS III. *Saxo*, civibus tumultuantibus, denuo, ſicut antea anno 1088. a GVELPHO in cineres redactæ. *ii)*

§. XVIII.

Suevicos deinde Reges & Imperatores, quorum auſpiciis hæc civitas admodum effloruit atque ad plenariam libertatem ad-

ee) *Pag.* Acceſſionum hiſtoricarum *Leibnitianarum* 247.

ff) Qui LAMBERTO *Schafnaburgenſis* apud PISTORIVM I. *pag.* 319. teſte aſcenſionem anni 1047. Auguſtæ celebravit, ubi Epponi, epiſcopo defuncto, Heinricum ſubrogavit.

gg) *Pag. Tomi Vrſtiſiani* I. 347. & 348.

hh) IO. SAM. STRAVSSII poſitiones hiſtoricæ cum annotationibus locupletioribus de *Rudolfo* Suevo, anti cæſare, cujus manus in prœlio amputata, Merſeburgi in templo cathedrali aſſervatur (conf. præfatio *Tomi* IIII. reliquiarum omnis ævi manuſcriptorum *Ludewigiani* §. 29. ſq. *pag.* 51—56.) *Lipſiæ* 1709. non ſolum Halæ anno 1745. recuſæ, ſed & Theſauro rerum Suevicarum *Wegeliniano Vol.* II. *num.* 14. *pag.* 167—196. inſertæ leguntur.

ii) Præter ALB. KRANZIVM L. VI. *Cap.* II. *pag.* 138. legi hūc meretur *ill.* & *Cel.* FRANC. DOMINICI HAEBERLINI, magni illius Sueviæ decoris, *Diſſ.* de diffidiis & electione *Lotharii* Saxonis Imp. Germaniam turbantibus Gœtt. 1745. §. XII. ibidem *Vol.* IV. *num.* XIII. *pag.* 156. 157. & 558.

adſpiravit, nefando gentis illorum interitu plene ſtabilitam, varia ibi comitia celebraſſe, nemo mirabitur. Sic CONRADVS III. *kk*) anno 1139. ibidem ex condicto Ratisbonenſi colloquium, infecto tamen pacis negotio, Rege civitate clam exeunte, diſſolutum, cum æmulo ſuo, HENRICO *ſuperbo*, vel potius *magnanimo*, habuit. Sic FRIDERICVS I. *ll*) anno 1158. conventum Auguſtæ (*Mutius mm*) ſcribit Aoſtæ) peregit diverſos in Italiam exercitus mittens. *nn*) Anno 1207. PHILIPPVS *oo*) *Suevus* Rex circa feſtum S. Andreæ Apoſtoli apud Auguſtam, civitatem Sueviæ, celebrem curiam habuit, de pace& compoſitione inter reges tractantem. Eo autem occiſo OTTO *pp*) quoque IV. apud Auguſtam, in epiphania Domini 1208. colloquium habuit, regicidas proſcribens.

kk) CONRADVS *Vrſpergenſis* Abbas, *fol.* CCXCIII.

ll) De hujus *Imperatoris* in hanc urbem meriis præter GASSARVM ad annum 1062. legendus omnino *Cel.* IAC. BRVCKER in *obſervatione* de advocatis S. R. I. liberæ civitatis Auguſtanæ, Miſcellaneis hiſtorico philologico litterario-criticis P. II. *obſ.* XIV. *pag.* 534. ſq. & in *Vol.* IV. *Theſauri* rerum Suevicarum *Wegeliniani, num.* IV. §. 6. 7. 8. ſq. *pag.* 39. 40. & in hiſtoria antiqui codicis ſtatutarii auguſtani, tum in denen Beyträgen zur critiſchen Hiſtorie der teutſchen Sprache, Leipzig 8. 1737. P. XVI. *art.* III. *pag.* 561. tum in dicto *Vol.* IV. *pag.* 75. 76.

mm) Apud IO. PISTORIVM *Tomo* III. *pag.* 147.

nn) Vid. B. HE. Comes de BVNAV in hiſtoria hujus Imp. *pag.* 19. & 83.

oo) GODEFRIDVS *Colonienſis pag.* 277. & CONRADVS *Vrſpergenſis.*

pp) OTTO de S. BLASIO *Cap.* L. *pag. Vrſtis.* 226. & ARNOLDVS *Lubecenſis* L. VII. *Cap.* 19. *pag.* 741.

bens. Idem hic OTTO IV. expeditionem in Italiam moturus anno 1209. *qq)* circa feſtum apoſtolorum, Petri & Pauli, generalem curiam apud Auguſtam Vindelicam celebravit. Anno 1225. in feſto omnium ſanctorum Imperator FRIDERICVS II. conventum principum habuit, apud Auguſtam, ubi Rex Boemiæ affuit, recipiens ab Imperatore decem millia marcarum pro parte Sueviæ, quæ jure hereditario ſuam uxorem contigit. *rr)* Idem hic Imp. cognominem ſibi Auſtriæ Ducem, in curia ſq. anno ibidem celebrata, per ſententiam principum proſcripſit. *ss)*

§. XIX.

Adhuc RVDOLPHVS *Habſpurgicus* infenſos ſibi Bohemiæ regem OTTOCARVM & HENRICVM Bavariæ Ducem, Norimbergæ, in maxima Principum curia anno 1275. prima vice ſolemniter ad Auguſtam *tt)* citavit, in qua urbe illos anno 1276. proſcriptos & illa quoque comitia anno 1282. *uu)* celebrata fuiſſe

qq) OTTO de S. BLASIO *Cap.* LII. *pag.* 227.
rr) GODEFRIDVS *Colonienſis pag.* 401. apud M. FREH.
ss) Ibidem, *pag.* 401.
tt) FVGGER. *pag.* 87. NAVCLER. *pag.* 965. GASSER. *pag.* 1457.
uu) Conf. PH. IAC. LAMBACHER in *demonſtratione* juris ſeu tituli, quo Imperator RVDOLPHVS *Habſpurgicus* uſus eſt, cum evectus ad culmen Imperii ditiones Auſtriacas ab *Ottocaro* rege Bohemiæ, earum tum poſſeſſore, imperio vindicaret easque inde in comitiis AVGVSTÆ VINDELICORVM celebratis MCC LXXXII. filiis ſuis *Alberto* & *Rudolpho* in feudum concederet, nunc primum ex genuino ſuo planiſſimoque principio deducta, *Lipſ.* 1754. 4. Adde Auctoris Verſuch der Geſchichte des Oeſterreichiſchen Wappens in P. I. derer vermiſchten Beobachtungen, aus denen deutſchen Staatsrechten und Geſchichten, *num.* II. §. 14. *pag.* 61. 62.

fuiſſe neminem fugit, quæ filio ejus ALBERTO I. Ducatum Auſtriæ, tum vacantem, contulerunt. *)

§. XX.

*) Idem hic Imperator RVDOLPHVS I. *Habſpurgicus*, uti totius Germaniæ pacator & inſtaurator fuit, qui GASSERO ad *annum* 1275. *pag.* 1457. judice, imperatoriam majeſtatem, tanquam poſtliminio Germanis tandem reſtituit, totique patrio regno tranquillitatem exoptatiſſimam adtulit; conf. IO. HENR. BOECLERI *Diſſ.* de Rudolpho Habſpurgico, Germaniæ inſtauratore, *Arg.* 1682. in *Vol.* Diſputationum Ejus VII. *pag.* 247. ſq. & IVSTI HENR. CALENBERGII *Diſſ.* de Rudolpho Habſpurgico tanquam exemplo reſtauratæ reipublicæ, *Erf.* 1724. Ita ſingulatim quoque *Auguſtanæ civitatis* pater, evergetes & vindex erat, divina providentia conſtitutus. Is enim, ut BRVCKERIANA potiſſimum verba, in § X. *obſervationis* de Advocatis S. R. I. lib. Civitatis Auguſtæ Vindelicorum ſcripta, huc referam „habitis A. C. 1276. Auguſtæ comitiis, laſſatam tot controverſiis & in contentionibus prævviis pro libertate ſua civitatem potentia ſua recreavit, lites diremit, jura & privilegia civitatis confirmavit & conſcripto de iis libro, qui libri civitatis nomine hodienum extat, auctoritatem addidit, advocatiam. Imperio vindicavit, advocati jurisdictionem definivit, ab epiſcopi (qui tum temporis ab anno 1252. usque ad 4. Iulii 1286. ultimus Comes de *Kyburg* & *Dillingen* HARTMANNVS fuit, vid. P. CORB. KHAMM P.II. *cap.* VI *pag.* 242. jurisdictione diſtinxit, duumvirorum & ſenatus officia & poteſtatem decrevit & deſcripſit & addendis quoque augendisque vim addidit, cunctaque privilegio firmavit, in quo cives Auguſtanos ab omni aliena ſervitute prorſus exemit, ſuæque libertati luculenter reſtituit, ab ADOLPHO *Naſſovio*, LVDOVICO IV. *Bavaro*, & ab *hoc* quidem efficaciſſima clauſula, *aurea*que, quam vocant, *bulla*, anno 1329. CAROLO IV. anno 1358. WENCESLAO, SIGISMVNDO anno 1426. quod diploma in adjuncto *Diſſ. Morellianæ Lit.* C. & in *Vol. Weigeliano* IV. *pag.* 70. & 71. legitur, & Auſtriacis deinde Imperatoribus tantum non omnibus confirmato. De eximiis hiſce aliisque inſignibus Auguſtæ Vindelicorum, ab Imperatoribus, inde a FRIDERICO I.

vel

vel RVDOLPHO potius *Habſpurgico*, magno numero conceſſis, nec tamen omnibus ut videtur, adhuc editis, inque LIMNÆI jure publico, LVNIGII Reichs-Archiv, vel MOSERI Reichsſtädtiſchem Handbuch inveniendis differunt PHIL. KNIPSCHILD & IO. IAC. SCHMAVSS de juribus & privilegiis Civitatum Imperialium (*fol. Argentorati* 1740.) L. III. *Cap.* III. *num.* 46 — 48. *pag.* 15 — 19. & noviſſime, nec tamen multo plenius, IO. THOMAS RITTER in *Diſſ. Ienæ anno* 1754. ſub moderamine IO. WILH. DIETMARI de juribus civitatum imperialium, præſertim de juribus & privilegiis Lib. Imp. civitatis Auguſtæ Vindelicorum, in ſæpius jam memorato *Vol.* IV. *Theſauri* rerum Suevicarum, *num.* VII. *pag.* 86 — 106. §. XXI. *ſq. pag.* 93. *ſq.* uti paullo antea IO. BARTHOL. HECKING, *Erlangæ*, præſide B. IO. GOTTL. GONNE anno 1752. de provocationibus & appellationibus ſecundum privilegia Cæſarea, ſtatuta & obſervantiam illuſtris reipublicæ Auguſtanæ, *Cap.* II. & III. Cæterum codicis illius, antiquitate ſua prorſus omnino venerandi, juris ſtatutarii Auguſtani, non quidem jam a FRIDERICO I. *Barbaroſſa*, cui GASSERVS ad annum 1156. liquidiſſimam municipalium legum non tam re-quam confirmationem tribuit, ſed a RVDOLPHO tamen *Habſpurgico* anno 1276. ſolemni diplomate majeſtatis ſigillo communito, datoque Auguſtæ VII. Idus Martii, Indictione nup. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo ſeptuageſimo VI. Regni vero nri (ſcribit RVDOLPHVS) Anno tertio, regiæ autoritatis munimine confirmati hiſtoriam poſt *Burckardum Zenckbium* in mſcto adhuc chronico Auguſtano ſæculi XV. *pag.* 55. cujus memorabilia ſane verba in dem Vorbericht der Langenmantelſchen Regimentshiſtorie *pag.* 16. *nota* t.) leguntur, poſt GASSERVM & præter P. a STETTEN ad hunc annum dederunt tum laudatus BRVCKERVS in der Nachricht von dem Augſpurgiſch-geſchriebenen deutſchen Recht, das unter dem Nahmen des Stadtbuchs im Jahr 1276. zuſamen getragen und von Kayſer Rudolph dem Erſten bekräftiget worden; in denen Beyträgen zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache P. XVI. *Art.* III. *pag.* 561. tum IO. GOTTFRID MORELL Auguſtanus in *Diſſ.* de jure ſtatutario illuſtris reipublicæ Auguſtanæ in genere & ſpeciatim de eo, quod ibi juſtum eſt circa obſignationes, *Altorfii* anno 1743. 4. cujus prior pars una cum appendice do-

cu-

cumentorum & ſummariorum codicis Auguſtani, hiſtoriaque *Bruckeriana* in *Vol.* IV. Theſauri rerum Suevicarum *Wegeliniani num.* V. & VI. *pag* 48 — 79. legitur, tum denique P. a STETTEN P. I. *pag.* 77. *ſq.* Conf. IO. SCHILTER in præf. *Tomi* III. antiquitatum Tevtonicarum *pag.* 28. b. CHRISTIANVS GOTTLIEB RICCIVS in dem zuverläßigen Entwurf von Stadtgeſetzen *pag.* 35. HE. CHRISTIANVS L. B. de SENCKENBERG in *Tomo* I. ſelectorum juris & hiſt. *pag.* 516. quibus laudatus MORELL *d. l.* §. XII. *pag.* 58. ſatisfacere conatus fuit. Add. IO. STEPH. PVTTER in *adp.* II. des Entwurfs einer Juriſtiſchen Encyclopädie von Land- und Stadtgeſetzen, *ſæc.* XIII. ad annum 1276. *pag.* 129. & IO. HE. CHRISTIANVS *de* SELCHOW in ſpecimine bibliothecæ juris provincialis & ſtatutarii Germanici, ſecundæ editioni (*Hannov.* 8. 1762.) elementorum juris Germanici privati hodierni præmiſſo, *Cap.* III. *Tit.* III. §. 93. *pag.* 91. 92. qui ſingulatim quoque confirmationis RVDOLPHI II. de anno 1582. meminit. Auctum deinde & v. gr. in annis 1291. & 1309. veluti continuatum fuiſſe veterem illum ſæculi decimi tertii codicem juris ſtatutarii Rudolphinum originalem, omnes monent & obſervant. Cur vero manuſcripta ejus, in quibus is hodienum latet, publica luce *ſpeculis* æque omnino dignus, adeo varia ſint atque diverſa, & mirum quantum non numero capitulorum ſaltem & orthographia verum ipſo etiam, ordine & contentis inter ſe differant, nondum liquet. Forſan ratio hujus rei in ipſa collectionis indole latet, quippe quam ex ſententiis, ſive juribus, ipſomet RVDOLPHO teſte, ſive ut GASSERVS *pag.* 1457. rem exprimit ex juribus ſuis & definitivis ſeu judicialiter latis ſententiis factam fuiſſe conſtat. Poſſideo ipſe in ſcriniis meis manuſcriptum illius exemplar, prout jam *anno* 1754. in *Diſp.* de unico juris feudalis Longobardici libro §. XXIIII. *pag.* 56. Tubingæ poſtea aucta & recuſa indicavi, XV. ſæculo, ut videtur, adſcribendum. Non eſt unum ex illis, quæ *Conſultiſſimus* MORELL ab antiquiſſimo illo codice 205. capitulorum diſcernenda eſſe monuit, ſed cum hoc multo magis convenit. Diſtinguit illud 295. capitula, inde a capitulo 277. noviori, ut videtur, manu exarata, cui etiam marginalia debentur. In Prologo deeſt vox **Kunige.** Ignoſcat B. L. hanc digreſſionem.

§. XX.

Quod vero FRANCORVM, ſi non *Merovingorum*, certe tamen *Carolidarum*, eorum præſertim, qui ſingulatim quandoque *Alemanniæ* & *Bojoariæ xx*) Reges dicti fuerunt, temporibus, non crebrior AVGVSTAE *hujus* mentio fiat, mirum omnino eſt. Sed offecit tum ejus luminibus *Ratisbona*, ubi ſæpius commorabatur LVDOVICVS *Germanicus* & CAROLOMANNVS, ejus filius. Memoratu ex iſtis temporibus digniſſimum eſt, quod LVDOVICVS PIVS filium ſuum LVDOVICVM *Germanicum* ei rebellem anno 832. cum exercitu ad Auguſtam usque Vindelicorum perſecutus fuerit, ſibique hic reconciliaverit, Moguntiam redux. Quorſum hæc GASSARI verba "Ludwichus, relicto confeſtim Belgio, Augſtburgum cum valido exercitu circiter anno 835. (aliis 833.) advolavit, ibidemque comitia regalia ſerio agitavit" ad illum annum *yy*) legenda refero. Deinde huncce anno 874. IV. Nonarum februarii anni regni ſui XXXVII. Ind. VII. Augusburch ſive Auguſtæ Vindelicorum egiſſe reperio. *zz*) Forſan huic Regi tribuendum, quod GASSARVS ad annum 875. ſcribit "ſub hoc ævum Augſtburgum tam in politicis, quam ſacris pulchre floruiſſe." Quod vero jam CAROLVS M. urbem hancce inſignibus privilegiis, ſive ut idem GASSARVS ad annum 794. *aaa*) ſcribit "tum collapſum reſtauraverit epiſcopatum tum rem publicam civitatis Augſtburgenſis tam avthenticis prærogati-

xx) Vid. IO. GVIL. IANI *Diſſ.* de Bojoaria Francis ſubjecta, *Vitembergæ* 1715. edita, §. XIII.

yy) *Pag.* 1367.

zz) Apud BERNHARDVM PEZIVM in Theſauri anecdotorum *Tomo* I. P. III. *num.* X. *pag.* 25.

aaa) *Pag.* 1363.

gativis dotaverit, ut ea deinceps, non ſolum opulentia, ſed & civium numero & authoritate, creverit, *bbb*) id propter fata tabularii Auguſtani in arce Rotenfels annorum 1088. & 1489. nullo adhuc exemplo atque ſpecimine ejusmodi alicujus Carolini privilegii & prærogativæ ſatis comprobari potuit. Interim adſertum illud non parum confirmatur ſequentibus *Theodori* in vita S. *Magnoaldi ccc*) de eccleſia Auguſtana verbis. „ Conſtituit CAROLVS (M.) epiſcopum (Auguſtanum) SINTPERTVM *ddd*) nomine in ipſa civitate & dedit ſecundum morem regum per firmitatis præceptum ad præfata loca omnia, quæ ab anteceſſore ſuo *Pipino* illuc tradita fuerant, inſuper & addidit plurima. Cæterum fortem & crudelem CAROLI M. & filii ejus PIPINI, in liberanda hac urbe ab Hunnorum & Avarum obſidione, anno 794. navatam operam gratus *eee*) prædicat perilluſtris hiſtoricus Auguſtanus, PAVLVS a STETTEN. *fff)* Multo altius autem & vel ad CHLOTARIVM II. CHILDERICI I. filium & DAGOBERTI I. patrem annumque 626. ego quidem cum GASSARO, quem tamen Conſultiſſ. IO. GOD. MORELL *ggg*) recte de communi Alemannorum lege explicat

1 2

bbb) CAR. STENGEL in P. II. Rerum Auguſtanarum *Cap.* 9. §. 5. *pag.* 76.

ccc) *Cap.* 32. apud HE. CANIS. T. V. Lect. ant. & SVRIVM VI. *Sept. pag.* 81.

ddd) S. ſcilicet SYMBERTVM, qui ab anno 788. usque ad 13. Octobris 818. ſedit, CAROLI M. ex ſorore nepotem natumque Ducem Lotharingiæ dictum. M. WELSERVS in L. rer. Auguſtanarum IV. *pag.* 235. & P. CORB. KHAMM P. I. *pag.* 70. *ſq.*

eee) Cui tamen jungendus GE. PRAY in Annalibus Hungarorum noviſſimis P. II. L. III. *pag.* 275.

fff) P. I. *Cap.* 4. §. 2. *pag.* 34.

ggg) In *Diſſ.* de jure ſtatutario illuſtris reipublicæ Auguſtanæ, ſpeciatim de codice

plicat, pro eo, qui hodie exigitur & ni in priſtinum chronicorum vitium relabi velimus neceſſarius eſt, probationis rigore, adſcendere nolim, qui & VINDELICAS, RHETICAS, ROMANAS, GOTHICAS & ALEMANNICAS, jam ab aliis quoad ejus fieri potuit excuſſas, hucque nihil prorſus facientes HISTORIAS & ANTIQVITATES ſplendidiſſimæ *hhh*) hujus AVGVSTI DRVSIque coloniæ lubens prætereo.

codice antiquo, dicto Stadtbuch, anno 1276. conſcripto, *Alt.* anno 1743. edita, *Cap.* II. §. VII. in *Vol.* IV. Theſauri rerum Suevicarum *Wegelinani*, *num.* V. *pag.* 54.

hhh) Ita Auguſtam hancce jam ſna ætate appellare non dubitavit C. C. TACITVS de moribus Germ. *Cap.* 41. conf. M. WELSERVS L. III. *pag.* 212.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Hoffmann, Gottfried Daniel

Godofredi Danielis Hoffmanni de electione et coronatione imperatoris regisque Romanorum generatim, et de loco electionis atque coronationis regis Romanorum speciatim libri singulares

Tubingae 1764

4 Jud. 6#Beibd.1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10627751-0
VD18 1021562X-003